armorumque agitatio vana; sed pectus animorum iraeque tacitae plenum omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis distulerat. ubi constitere inter duas acies tot circa mortalium animis 9
spe metuque pendentibus, Gallus velut moles superne inminens proiecto laeva scuto in advenientis arma hostis vanum caesim cum ingenti sonitu ensem deiecit; Romanus mucrone subrecto, 10
cum scuto scutum imum perculisset, totoque corpore interior

zes zweischneidiges Schwert, s. 22, 46, 5: *Gallis Hispanisque — dispares ac dissimiles gladii; Gallis praelongi sine mucronibus, Hispano punctim magis quam caesim adsueto petere hostem, brevitate habiles et cum mucronibus*; welches jedoch erst im 2. Punischen Kriege in Gebrauch kam, vgl. 31, 34, 4. Der Anachronismus fand sich schon bei Quadrigarius Gell. l. l.: *scuto pedestri et gladio Hispanico cinctus.* — *armatum*, vgl. 1, 25, 1. — *adornatum*, mit allem Nöthigen ausgerüstet. — *quoniam*, da einmal, die Bemerkung entschuldigend. — *stolide laetum*, c. 5, 6. — *linguam exs.*, Gell.: *linguam exertare*, vgl. Cic. Or. 2, 66: *demonstravi digito pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico* (Marius hatte es aus der Cimbrischen Beute am Forum aufhängen lassen) — *distortum, eiecta lingua*, Grimm Gesch. d. deutsch. Spr. 635. — *ab inr.*, 6, 6, 10.

6—9. *duo* 1, 13, 8. — *spectaculi* 1, 25, 2. — *destituuntur*, allein gelassen, sich überlassen, vgl. 3, 38, 4 u. a. — *aestimantibus*: wenn man u. s. w. 1, 8, 5; 3, 19, 6. — *auro* c. etc., Plin. 33, 1, 15: *Gallos cum auro pugnare solitos Torquatus indicio est.* — *decoris* = *decoratis*, anders praef. 6. — *agitatio*, vgl. 1, 25, 5: *agitatio anceps telorum armorumque.* — *sed*, ebenso folgt *et* 1, 54, 10; 5, 26, 9 auf den nominat. absol., zu dem Madvig auch *sed — plenum* zieht, und zu *distulerat* als Subj. *Torquatus* annimmt. — *pectus*, 1, 59, 8; Gell.: *animo magis quam arte confisus.* — *animis — pend.*, c. 30, 22. — *velut mol.*, der Gallier wird als ein Riese geschildert, Gell.: *propter magnitudinem atque immanitatem facies.* so dass Manlius unter seinen Schild kommen kann, und ihm nur bis an den Leib reicht, § 10. — *scuto*, 10, 29, 6, Gell. nur: *scuto scutum percussit.* — *vanum*, der Hieb auf den über den Kopf gehaltenen Schild des Manlius geht nicht durch. — *caesim*, s. § 5. — *ense* bei den Galliern sehr lang § 5, aber nur von dünnem Eisen. — *deiecit*, 1, 40, 7.

10. *subrecto*, wegen der Grösse des Galliers nicht gerade aus, sondern in die Höhe gerichtet, s. 8, 8, 10. — *interior p.*, weiter in dem

periculo vulneris factus insinuasset se inter corpus armaque, uno alteroque subinde ictu ventrem atque inguina hausit et in spatium
11 ingens ruentem porrexit hostem. iacentis inde corpus ab omni alia vexatione intactum uno torque spoliavit, quem respersum
12 cruore collo circumdedit suo. defixerat pavor cum admiratione Gallos; Romani alacres ab statione obviam militi suo progressi,
13 gratulantes laudantesque ad dictatorem perducunt. inter carminum prope modum incondita quaedam militariter ioculantes Torquati cognomen auditum; celebratum deinde posteris etiam fa-
14 miliaeque honori fuit. dictator coronam auream addidit donum, mirisque pro contione eam pugnam laudibus tulit.

11 Et hercule tanti ea ad universi belli eventum momenti dimicatio fuit, ut Gallorum exercitus proxima nocte relictis trepide castris in Tiburtem agrum, atque inde societate belli facta commeatuque benigne ab Tiburtibus adiutus mox in Campaniam
2 transierit. ea fuit causa, cur proximo anno C. Poetelius Balbus consul, cum collegae eius M. Fabio Ambusto Hernici provincia

Bereich der Waffen, näher, als die Gefahr reichte, als dass er getroffen werden konnte; 24, 34, 10: *propius quaedam subibant naves, quo interiores ictibus tormentorum essent.* — *factus*, dieses war er schon als er sich noch unter dem Schilde befand, ein neues Moment enthält *insinuasset.* — *ventrem a. ing.*, anders Claudius l. l.: *Maulius iterum scuto scutum percutit, atque de loco hominem iterum deiecit; eo pacto ei sub Gallicum gladium successit — atque Hispanico pectus hausit, deinde continuo humerum — incidit.* — *hausit:* durchbohrte, wie bei Claudius, s. 9, 1, 9; Curt. 7, 8, 27; Tac. H. 1, 41, bei Dichtern, s. Haupt Ov. Met. 5, 126; schon Hom. Il. 13, 507: *διὰ δ' ἕντερα χαλκὸς ἤρυσ'* — *spatium ing.*, Il. 16, 776: *κεῖτο μέγας μεγαλωστί.*

11—13. *vexatione*, ohne zu verletzen, *αἰκίζεσθαι.* — *torque*, ein gegliederter Halsring, wie sie die Gallier trugen, 24, 42, 8. — *defixerat* etc., 3, 47, 6. — *inter carm.* etc. = *cognomen Torquati auditum inter ioculantes militariter incondita quaedam prope carminum modum* Gronov.; *carm. prope m.*, s. 30, 10, 12; *proxime speciem — navium*, Madvig verm. *prope in modum*, vgl. 2, 48, 5; die verwickelte Wortstellung, s. praef. 5, ist vielleicht dadurch entstanden, dass L. eine Wendung wie 5, 49, 7: *inter iocos militares, quos inconditos iaciunt — appellatur* im Sinne hatte, sie aber wegen der näheren Bestimmungen *prope* und *militariter ioc.* aufgab. — *familiaeque*, nähere Bestimmung zu *posteris*, er wurde Beiname dieser Familie der Manlier. Gell. l. l.: *quo ex facto ipse posterique eius Torquati sunt cognominati.* — *pro cont.*, c. 7, 3.

11. 1—4. *societate* etc., aus der Verbindung der Tiburtiner mit den Galliern lässt sich die Erbitterung derselben gegen die Römer erkennen, s. 8, 14, 9. — *facta* — *adiutus*, s. 5, 18, 5. — *Balbus*, statt dieses sonst nicht erwähnten Zunamens der Pötelier haben die Fasten *Libo.* — *Hernici*, der Geschäftskreis der Magistrate, 3, 2, 3, wird oft mit dem Namen des Volkes be-

evenisset, adversus Tiburtes iussu populi exercitum duceret. ad 3
quorum auxilium cum Galli ex Campania redissent, foedae populationes in Labicano Tusculanoque et Albano agro haud dubie Tiburtibus ducibus sunt factae; et cum adversus Tiburtem ho- 4
stem duce consule contenta res publica esset, Gallicus tumultus dictatorem creari coegit. creatus Q. Servilius Ahala T. Quinctium magistrum equitum dixit, et ex auctoritate patrum, si prospere id bellum evenisset, ludos magnos vovit. dictator, ad continen- 5
dos proprio bello Tiburtis consulari exercitu iusso manere, omnes iuniores nullo detractante militiam sacramento adegit. pugnatum 6
haud procul porta Collina est totius viribus urbis in conspectu parentum coniugumque ac liberorum, quae magna etiam absentibus hortamenta animi tum subiecta oculis simul verecundia misericordiaque militem accendebant. magna utrimque edita 7
caede avertitur tandem acies Gallorum. fuga Tibur sicut arcem belli Gallici petunt; palati a consule Poetelio haud procul Tibure excepti, egressis ad opem ferendam Tiburtibus simul cum iis intra portas conpelluntur. egregie cum ab dictatore tum ab con- 8
sule res gesta est. et consul alter Fabius proeliis primum parvis, postremo una insigni pugna, cum hostes totis adorti copiis essent, Hernicos devincit. dictator consulibus in senatu et apud 9
populum magnifice conlaudatis et suarum quoque rerum illis remisso honore dictatura se abdicavit. Poetelius de Gallis Tibur-

zeichnet, gegen welches Krieg zu führen sie beauftragt sind, s. c. 19, 8; 6, 30, 3; 30, 1, 3 u. a. — *iussu p.*, ist wol die c. 9, 2 erwähnte Kriegserklärung, da sonst der Senat, nicht das Volk, die Provinzen bestimmt, s. 10, 24, 18, zu 28, 40, 3. — *ad q. aux.* gehört. zu *redissent*, 4, 29, 8. — *Labicana* etc., s. 3, 25, 6. — *Albano*, von Alba Longa, vgl. Polyb. 2, 18: παραγενομένων δὲ πάλιν τῶν Κελτῶν εἰς Ἄλβαν στρατεύματι μεγάλῳ μετὰ τὴν τῆς πόλεως κατάληψιν ἔτει τριακοστῷ τότε μὲν οὐκ ἐτόλμησαν ἀντεξαγαγεῖν Ῥωμαῖοι τὰ στρατόπεδα, s. 6, 42, 5. — *ducibus*, auf ihren Antrieb und unter ihrer Leitung verwüsten sie das fruchtbare Rom angehörende Land. — *tumult.*, c. 9, 6. — *creari*, der acc. c. inf. bei *cogere* findet sich bisweilen bei L., s. 21, 8, 12; ib. 31, 8; 23, 35, 8 u. a., selten bei Cicero. — *magnos*, 4, 27; 5, 31, vgl. 8, 40, 2.

6—10. *porta Coll.*, s. praef. 1. — *hortamenta*, Tac. Germ. 7: *et in proximo pignora, unde feminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium; hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores.* — *verecund.* etc., 6, 36, 2. — *Gallici*, um das Unwürdige zu bezeichnen: eine latinische Stadt ist der Stützpunkt für den Krieg, — *cum iis*, s. c. 9, 1: *eis*; ib. 7: *eum*, vgl. 32, 38, 7; 38, 54, 1 u. o. — *remisso*, aufgegeben u. den Consuln überlassen, ihnen zum Opfer gebracht, 9, 38, 12, vgl. 23, 24, 3. — *de Gall. Tib.*, ebenso die fasti triumph., die, wie L., einen Triumph des Dictators nicht kennen.

tibusque geminum triumphum egit; Fabio satis visum, ut ovans urbem iniret.

10 Inridere Poeteli triumphum Tiburtes: ubi enim eum secum acie conflixisse? spectatores paucos fugae trepidationisque Gallorum extra portas egressos, postquam in se quoque fieri impetum viderint et sine discrimine obvios caedi, recepisse se intra
11 urbem: eam rem triumpho dignam visam Romanis. ne nimis mirum magnumque censerent tumultum exciere in hostium portis, maiorem ipsos trepidationem ante moenia sua visuros.
12 Itaque insequenti anno M. Popilio Laenate Cn. Manlio consulibus primo silentio noctis ab Tibure agmine infesto profecti
2 ad urbem Romam venerunt. terrorem repente ex somno excitatis subita res et nocturnus pavor praebuit, ad hoc multorum in-
3 scitia, qui aut unde hostes advenissent; conclamatum tamen celeriter ad arma est, et portae stationibus murique praesidiis firmati; et ubi prima lux mediocrem multitudinem ante moenia neque alium quam Tiburtem hostem ostendit, duabus portis egressi consules utrimque aciem subeuntium iam muros adgre-
4 diuntur; apparuitque occasione magis quam virtute fretos venisse: adeo vix primum impetum Romanorum sustinuere. quin etiam bono fuisse Romanis adventum eorum constabat, orientemque iam seditionem inter patres et plebem metu tam propinqui belli conpressam.

5 Alius adventus hostium fuit proximo anno agris terribilior

— *Fabio* von *satis* (*esse*) abhängig: für F.; *visum* n. *senatui*. — *inrid.* soll c. 12 vorbereiten.

12. 1—4. *Manlius* (*Capitolinus Imperiosus*). — *inscitia*, hier nur Unkenntniss, vgl. c. 34, 13. — *multorum*, der Zusatz ist in Bezug auf § 3 nicht klar, da, wenn auch nur Wenige es gewusst hätten, die Ungewissheit leicht hätte gehoben werden können. — *qui—adv.*, s. 28, 19, 5. — *aut*, 1, 1, 7. — *ostendit*, 9, 35, 2; 22, 6, 9; vgl. 3, 15, 8: *aperuit*. — *duabus*, wol die Esquilina und Praenestina oder Collina. — *occas.*, 4, 32, 10. — *seditionem*, vielleicht der Schulden wegen. Wahrscheinlich bezieht sich auf dieses Ereigniss Cic. Brut. 14, 56: *licet aliquid etiam de M. Popilii ingenio suspicari, qui cum consul esset eodemque tempore sacrificium publicum cum laena faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebei contra patres concitatione et seditione nuntiata, ut erat laena amictus, ita venit in contionem seditionemque cum auctoritate tum oratione sedavit.*

5—6. *alius*, weil nur der Einfall mit dem eben erwähnten verglichen wird, nicht die Feinde. — *fuit* ist wol nur die copula, nicht: fand statt, 21, 8, 1 u. a., dann aber die Wortstellung auffallend, und viell. wie im Folg. in den Hss. gestört. — *anno*, es ist das § 6: *novi consules* bezeichnete Jahr, vgl. 6, 34, 1, das hds. *bello* scheint wegen *tam propinqui belli* § 4 nicht passend. — *agris*, im Gegensatz zu § 1 fg., deshalb ist

quam urbi: populabundi Tarquinienses fines Romanos, maxime 6
qua ex parte Etruriam adiacent, peragravere; rebusque nequiquam repetitis novi consules iis C. Fabius et C. Plautius iussu populi bellum indixere; Fabioque ea provincia, Plautio Hernici evenere. Gallici quoque belli fama increbrescebat. sed inter multos 7
terrores solacio fuit pax Latinis petentibus data, et magna vis militum ab iis ex foedere vetusto, quod multis intermiserant annis, accepta. quo praesidio cum fulta res Romana esset, levius 8
fuit, quod Gallos mox Praeneste venisse atque inde circa Pedum consedisse auditum est. dictatorem dici C. Sulpicium placuit. 9
consul ad id accitus C. Plautius dixit; magister equitum dictatori additus M. Valerius. hi robora militum ex duobus consularibus exercitibus electa adversus Gallos duxerunt.

Lentius id aliquanto bellum, quam parti utrique placebat, fuit. 10
cum primo Galli tantum avidi certaminis fuissent, deinde Romanus miles ruendo in arma ac dimicationem aliquantum Gallicam ferociam vinceret, dictatori neutiquam placebat, quando nulla co- 11
geret res, fortunae se committere adversus hostem, quem tempus deteriorem in dies et locis alienis faceret sine praeparato com-

schwerlich *proximis bello agris* zu lesen. Die Etrusker haben seit d. J. 369, s. 6, 9 ff., nichts gegen Rom unternommen. — *qua ex p.*, s. 6, 9, 4. — *Etruriam*, seltene Construction statt *Etruriae*, 2, 49, 9, oder *ad Etruriam*, vgl. Nepos 13, 2: *gentes quae mare illud adiacent.* — *Fabius* (*Ambustus*). *Plautius* (*Proculus*). — *indixere*, durch Fetialen.

7—9. *pax* — *data*, wahrscheinlich wurde das Bündniss des Cassius, 2, 33, (*foedere vetusto*) erneuert, s. c. 42, 8, aber Rom nahm dem aufgelösten Bunde gegenüber, s. 6, 21, 8; 8, 3 ff., grössere Rechte in Anspruch. Die Herniker und einige lat. Städte wie Pedum, Praeneste, Diod. 16, 45, Tibur, scheinen sich später dem Frieden angeschlossen zu haben. Der Grund der Erneuerung des Bundes ist durch *Gallic.* — *increbrescebat*, vgl. 24, 11, 7, angedeutet; zur Sache s. Polyb. 2, 18: ἐν ᾧ καιρῷ (nach dem zweiten Einfall der Gallier) Ῥωμαῖοι τήν τε σφετέραν δύναμιν ἀνέλαβον καὶ τὰ κατὰ τοὺς Λατίνους αὖθις πράγματα συνεστήσαντο, vgl. Schwegler 2, 338 ff. — *quod* n. *foedus*, welches sie eine Zeit lang, seit 368, s. 6, 10, 6, unterbrochen, nicht gehalten hatten; *intermiss.*, s. c. 3, 8, zu 5, 37, 3. — *fulta*, s. 3, 60, 9: das röm. Heer wurde dadurch nach 8, 8, 14 verdoppelt. — *Gallos*, die wie im vorhergeh. Jahre, c. 11, 1, andere Gegenden durchzogen hatten. — *Praeneste* ist wie Tibur frei, 6, 29, und mit den Gall. verbündet. — *circa*, in der Gegend von P., 2, 39. — *placuit*, der zu ernennende Dictator wird vom Senate bezeichnet, dasselbe geschieht diesesmal, wie *additus* zeigt, in Rücksicht auf den *mag. equitum*, der meist von dem Dictator frei gewählt wird, vgl. jedoch c. 21, 9; 28, 8; 9, 7, 13; Bekker 2, 2, 158; 176.

11. *in dies* ist nähere Bestimmung zu *tempus*. — *et* vor *locis*, welches auch fehlen könnte, und von Madvig getilgt wird, scheint hinzugefügt, um den zweiten, in der Oertlichkeit

meatu, sine firmo munimento morantem, ad hoc iis corporibus animisque, quorum omnis in impetu vis esset, parva eadem lan-
12 guesceret mora. his consiliis dictator bellum trahebat, gravemque edixerat poenam, si quis iniussu in hostem pugnasset. milites aegre id patientes primo in stationibus vigiliisque inter se dictatorem sermonibus carpere, interdum patres communiter in-
13 crepare, quod non iussissent per consules geri bellum: electum esse eximium imperatorem, unicum ducem, qui nihil agenti sibi de caelo devolaturam in sinum victoriam censeat. eadem deinde haec interdiu propalam ac ferociora his iactare: se iniussu im-
14 peratoris aut dimicaturos aut agmine Romam ituros; inmiscerique militibus centuriones, nec in circulis modo fremere, sed iam in principiis ac praetorio in unum sermones confundi, atque in contionis magnitudinem crescere turba et vociferare ex omnibus locis, ut extemplo ad dictatorem iretur; verba pro exercitu
13 faceret Sex. Tullius, ut virtute eius dignum esset. Septimum primum pilum iam Tullius ducebat, neque erat in exercitu, qui qui-
2 dem pedestria stipendia fecisset, vir factis nobilior. is praece-

liegenden Grund neben dem ersten bestimmter zu bezeichnen; über ähnlichen Wechsel des Ausdrucks bei der Angabe von Gründen s. 6, 38, 10; 1, 4, 2; ib. 25, 1; 3, 8, 7; 9, 6, 4 u. a. Die gewöhnliche Lesart ist *locus alienus*, wie sonst oft *tempus* und *locus* verbunden werden, was aber hier weniger passend ist, da der Nachdruck auf *alienis* liegt, s. 5, 48, 2. — *faceret* ist freier an die beiden wichtigeren Begriffe *tempus* — *locis alienis* herangezogen, vgl. zu c. 10, 13; 31, 14, 9; 21, 32, 6. — *praeparato* ist Adjectiv, s. 44, 26, 9: *quantam — praeparatam — copiam inventuri forent*, vgl. 23, 43, 7, daher *sine*, vgl. zu 3, 52, 2. — *eadem*, die jedoch durch u. s. w.

12—14. *edixerat*, 8, 6, 16. — *in stat.*, wenn sie in grösserer Zahl auf Posten standen oder Wache hielten. — *patres*, § 9. — *imper.*, in so fern er als Magistrat das *imperium* und das Obercommando hat; *ducem*, in so fern er factisch Heerführer ist, s. 4, 20, 6, hier nur rhetorisch, wie c. 13, 6, nebeneinander gestellt, vgl. 22, 14, 9. — *devolatur.*, 6, 18, 9. — *centuriones*, die sonst die Soldaten von solchen Excessen abhalten. — *circulis*, wo Einzelne zusammen standen. — *principiis*, hier war die *via principalis*, an welcher das tribunal c. 13, 2 lag. Dort versammelten sich die Soldaten (daher auch *forum* genannt), brachten ihre Klagen vor die Tribunen, wurde von diesen Recht gesprochen u. s. w., s. 28, 25, 5; ib. 24, 10. — *praetorio* hier der freie Platz vor dem Feldherrnzelte, s. 21, 53, 6; Marq. 3, 2, 319; 313. — *vociferare*, s. 24, 21, 2; *vociferatum*, vgl. 10, 28, 12; zur Sache Lange 2, 32.

13. 1—2. *septim. pr. p. d.*, er war zum siebentenmale Centurio der ersten Centurie der Triarier; von dem centurio wird *ordines, pilum ducere* gebraucht, s. c. 41, 4; 2, 23, 4; Marq. 3, 2, 282; dass bei *septimum* an eine Wiederholung zu denken, nicht der 7. Manipel der Tria-

dens militum agmen ad tribunal pergit, mirantique Sulpicio non turbam magis quam turbae principem Tullium, imperiis oboedientissimum militem: „scilicet, dictator,“ inquit „condemnatum 3 se universus exercitus a te ignaviae ratus et prope ignominiae causa destitutum sine armis oravit me, ut suam causam apud te agerem. equidem, sicubi loco cessum, si terga data hosti, si signa 4 foede amissa obici nobis possent, tamen hoc a te impetrari aequum censerem, ut nos virtute culpam nostram corrigere et abolere flagitii memoriam nova gloria patereris. etiam ad Aliam 5 fusae legiones eandem, quam per pavorem amiserant, patriam profectae postea a Veis virtute recuperavere. nobis deum benignitate, felicitate tua populique Romani et res et gloria est integra: quamquam de gloria vix dicere ausim, si nos et hostes haud se- 6 cus quam feminas abditos intra vallum omnibus contumeliis eludunt, et tu imperator noster, quod aegrius patimur, exercitum tuum sine animis, sine armis, sine manibus iudicas esse, et priusquam expertus nos esses, de nobis ita desperasti, ut te mancorum ac debiliumducem iudicares esse. quid enim aliud esse 7 causae credamus, cur veteranus dux, fortissimus bello, conpressis, quod aiunt, manibus sedeas? utcumque enim se habet res, te de nostra virtute dubitasse videri quam nos de tua verius est. sin autem non tuum istuc, sed publicum est consilium, et con- 8 sensus aliqui patrum, non Gallicum bellum nos ab urbe, a penatibus nostris ablegatos tenet, quaeso, ut ea, quae dicam, non a militibus imperatori dicta censeas, sed a plebe patribus, — quae *si*, sicut vos vestra habeatis consilia, sic se sua habituram dicat,

rier gemeint ist, zeigt *iam*. — *tribunal*, c. 12, 14; 8, 32, 2.

3—7. *scilicet*, es versteht sich, dass ich nicht aus eigenem Antriebe so auftrete, das Heer u. s. w., mit Rücksicht c. 14, 2: *ne se* etc.; Andere lesen *si licet* wie 3, 71, 3, wo aber ein von *licet* abhängiger Infinitiv folgt; die gewöhnliche Höflichkeitsformel war *licetne* oder *licet* als Frage. — *destitut.*, 10, 4, 4. — *sicubi* etc., Gradation, s. 2, 59, 9. — *loco cess.*, in der Schlacht den angewiesenen Posten verlassen, 25, 6, 11 ff. — *ausim*, s. praef. 1. — *eludunt*, verhöhnen dürfen, 1, 48, 2. — *mancorum* = *sine manibus*; *debilium*, Invaliden, unbrauchbar. — *compressis* etc., die Hände in den Schooss legend.

8—11. *sin* weil auch im Vorhergeh. eine Annahme angedeutet ist. — *public. cons.*, dasselbe wie *consensus patrum*, welche die Plebs aus der Stadt entfernen wollen, s. 3, 10, 9; viell. in Bezug auf c. 12, 4. — *aliqui*, s. 4, 35, 9: *aliqui plebeius*; 3, 17, 7. — *si*, *sicut*, in den Hss. fehlt *si*, s. 22, 60, 11; Madvig hat *si*, *ut* vorgeschlagen, weil ohne *si* die Accus. c. inf. *milites nos esse* etc. gegen den gewöhnlichen Gebrauch, den jedoch L. bisweilen verlässt, s. 43, 22, 2 *expecto*, von *succenseat* abhängen und bei *nos esse* die Andeutung des Wollens fehlen würde;

9 quis tandem suscenseat? — milites nos esse, non servos vestros, ad bellum, non in exilium missos? si quis det signum, in aciem educat, ut viris ac Romanis dignum sit, pugnaturos; si nihil armis opus sit, otium Romae potius quam in castris acturos? haec
10 dicta sint patribus; te, imperator, milites tui oramus, ut nobis pugnandi copiam facias. cum vincere cupimus tum te duce vincere, tibi lauream insignem deferre, tecum triumphantes urbem inire, tuum sequentes currum Iovis optimi maximi templum gra-
11 tantes ovantesque adire." orationem Tullii exceperunt preces multitudinis, et undique, ut signum daret, ut capere arma iuberet, clamabant.

14 Dictator quamquam rem bonam exemplo haud probabili actam censebat, tamen facturum, quod milites vellent, se recepit, Tulliumque secreto, quaenam haec res sit aut quo acta more,
2 percontatur. Tullius magno opere a dictatore petere, ne se oblitum disciplinae militaris, ne sui neve imperatoriae maiestatis crederet; multitudini concitatae, quae ferme auctoribus similis esset, non subtraxisse se ducem, ne quis alius, quales mota cre-
3 are multitudo soleret, existeret: nam se quidem nihil non arbitrio imperatoris acturum; illi quoque tamen videndum magno opere esse, ut exercitum in potestate haberet; differri non posse

doch bleibt auch so die Einführung der Parenthese durch das Relativ auffallend und die Wiederaufnahme des vorhergeh. Gedankens durch *haec dicta sint* erklärt sich leichter bei der gewöhnlichen Lesart: *quae, sicut vos — dicat. quis tandem succenseat, milites — missos?* bei welcher: *milites—missos* als einen Nebensatz: *cum m. simus — missi, si quis* etc. vertretender Hauptsatz zu betrachten wäre. — *det. sign.-educ.* allgemein, daher ohne Objecte. — *ac Rom.*, c. 35, 8; 1, 28, 9; Einleit. 15. — *haec d. s.*, 42, 34, 13. — *milites* Apposit. zu dem Subj. in *oramus*, ohne *nos*, weil kein Gegensatz zu einem anderen Subjecte statt findet, s. c. 30, 6; 6, 6, 15: *facimus*; ib. 26, 1, s. zu 45, 22, 2. — *insignem* bezieht sich eigentlich auf den Sieg und Triumph. — *templum*, 10, 7, 10. — *gratant.*, s. 9, 43, 17, sonst mehr dichterisch. — *exceper.*, bei sächlichen Objecten, s. 6, 33, 11; 5, 42, 6; vgl. 1, 53, 4. — *signum*, 6, 12, 7; vgl. auch praef. 1.

14. 1—3. *exemplo h. p.*, s. 10, 15, 11. — *recepit*, 40, 35, 11: *si neque de fide barbarorum quidquam recipere aut adfirmare nobis potes*; Cic. Fam. 13, 72. Doch ist die weite Entfernung des Pron. *se* von *facturum* auffallend, und vielleicht *in se recepit* zu lesen. Dagegen ist § 5: *recipiente — re*: zulassen. — *aut q.*, 1, 1, 7. — *quae — esset*, vgl. 3, 71, 5. — *nam* etc., der Grund von *ne — crederet*: im Folg. bezieht sich *quoque* auf das Verfahren des Tullus: wie er Alles gethan habe, um die Soldaten im Gehorsam zu erhalten, so müsse auch in gleicher Weise u. s. w.; durch *tamen* wird der Satz jedoch zugleich *se quidem* etc. entgegengestellt. — *in potest. h.*, in Gehorsam, vgl. 8, 15, 8; 3, 21, 3.

adeo concitatos animos; ipsos sibi locum ac tempus pugnandi
sumpturos, si ab imperatore non detur. dum haec loquuntur, 4
iumenta forte pascentia extra vallum Gallo abigenti duo milites
Romani ademerunt. in eos saxa coniecta a Gallis, deinde ab
Romana statione clamor ortus, ac procursum utrimque est. iam- 5
que haud procul iusto proelio res erant, ni celeriter diremptum
certamen per centuriones esset. adfirmata certe eo casu Tullii
apud dictatorem fides est, nec recipiente iam dilationem re in
posterum diem edicitur acie pugnaturos. dictator tamen, ut qui 6
magis animis quam viribus fretus ad certamen descenderet, omnia
circumspicere atque agitare coepit, ut arte aliqua terrorem ho-
stibus incuteret. sollerti animo rem novam excogitat, qua deinde
multi nostri atque externi imperatores, nostra quoque quidam
aetate, usi sunt. mulis strata detrahi iubet, binisque tantum cen- 7
tunculis relictis agasones partim captivis partim aegrorum armis
ornatos inponit. his fere mille effectis centum admiscet equites, 8
et nocte super castra in montes evadere ac silvis se occultare
iubet neque inde ante moveri, quam ab se acceperint signum.
ipse, ubi inluxit, in radicibus montium extendere aciem coepit 9
sedulo, ut adversus montes consisteret hostis. instructo vani 10
terroris apparatu, qui quidem terror plus paene veris viribus
profuit, primo credere duces Gallorum non descensuros in ae-
quum Romanos; deinde, ubi degressos repente viderunt, et ipsi
avidi certaminis in proelium ruunt, priusque pugna coepit quam
signum ab ducibus daretur. Acrius invasere Galli dextrum cornu; 15
neque sustineri potuissent, ni forte eo loco dictator fuisset, Sex.

4—10. *extra v.*, das Vieh befand sich sonst innerhalb des Walles zwischen den Zelten und dem Graben, zur Sache vgl. 44, 40, 7. — *statione*, der Posten vor dem Lager. — *erant, ni*, s. 2, 50, 10. — *multi nostri*, z. B. Marius, Front. Strat. 2, 4, 6; die *centunculi* sind bunte Decken, wie sie die Reiter hatten; die *strata* dagegen hohe Pack = Saumsättel, *clitellae*, an welchen sie wären erkannt worden. Ein ganz anderes Strategem giebt Appian. Celt. 1. an. — *agasones*, s. 6, 24, 10; Lange 1, 395. — *his—eff.*, vgl. zu 43, 10, 4: *mille ferme—relictis*. — *adversus*, zugekehrt, gegenüber, c. 15, 5. — *instructo* etc. ohne Beziehung auf das Subject des Hauptsatzes, s. 8, 20, 7; 39, 54, 13; 5, 25, 7: *adhibito*, giebt nur die Zeit an, nach welcher das *credere—non descensuros* etc. stattfand; das Folg. *deinde* etc. bezieht sich auf § 9. — *qui quid.*: der jedoch; Gegensatz zu *vanus*, da der *apparatus* an sich zwar Blendwerk, aber in seinen Folgen von Bedeutung war.

15. 1. *dextrum*, da die Gallier den rechten Flügel der Römer, also mit ihrem linken, angreifen, der Dictator aber § 4 gegen das *laevum cornu* der Feinde sich wendet, und § 6 von dem *dextrum c.* die Rede ist, als ob dieses das § 1 genannte wäre, so ist wol anzunehmen, dass

2 Tullium nomine increpans rogitansque, sicine pugnaturos milites spopondisset? ubi illi clamores sint arma poscentium, ubi minae iniussu imperatoris proelium inituros? en ipsum imperatorem clara voce vocare ad proelium et ire armatum ante prima signa! ecquis sequeretur eorum, qui modo ducturi fuerint, in castris
3 feroces, in acie pavidi? vera audiebant: itaque tantos pudor stimulos admovit, ut ruerent in hostium tela alienatis a memoria periculi animis. hic primo impetus prope vecors turbavit hostes,
4 eques deinde emissus turbatos avertit. ipse dictator postquam labantem una parte vidit aciem, signa in laevum cornu confert, quo turbam hostium congregari cernebat, et iis, qui in monte
5 erant, signum, quod convenerat, dedit. ubi inde quoque novus clamor ortus, et tendere obliquo monte ad castra Gallorum visi sunt, tum metu, ne excluderentur, omissa pugna est, cursuque
6 effuso ad castra ferebantur. ubi cum occurrisset eis M. Valerius magister equitum, qui profligato dextro cornu obequitabat ho-
7 stium munimentis, ad montes silvasque vertunt fugam, plurimique ibi a fallaci equitum specie agasonibusque excepti sunt. et eorum, quos pavor perculerat in silvas, atrox caedes post seda-
8 tum proelium fuit. nec alius post M. Furium quam C. Sulpicius iustiorem de Gallis egit triumphum. auri quoque ex Gallicis spoliis satis magnum pondus saxo quadrato saeptum in Capitolio

L. die beiden letzten Bezeichnungen von dem Standpunkte der Römer, welche den links stehenden Flügel der Gallier von sich aus rechts und den rechten links erblickten, gewählt habe, oder dass § 6: *signa conferre* nicht, wie sonst gewöhnlich: angreifen, sondern: die Truppen vereinigen, auf — concentriren bedeute. Uebrigens enthalten wie oft die beiden *cornua* die ganze Schlachtreihe, eine *media acies* ist nicht vorhanden.

2—5. *sicine*, 6, 16, 2. — *en*, um den Tadel zu schärfen, s. 28, 27, 8: *in castris en meis* etc. — *prima signa*, der *hastati*, s. 8, 8, 5. — *sequeretur*, 5, 2, 9; der Conj. wol noch in Bezug auf *rogitans*. — *in castris* etc, während sie nur — wären. — *vera*, s. 2, 59, 9. — *labantem* etc. schliesst sich an *turbavit* an. — *una p.*, 4, 28, 2. — *signa* (n. *peditum*) — *confert*, lässt sie sich gegen — concentriren, vgl. c. 34, 13. — *obliquo m.*, der Berg, welchen die Gallier sich gegenüber sehen, erstreckt sich an der einen Seite nach dem Lager zu, so dass die agasones schräg an demselben (*obliquo*) hinreitend den Feinden in den Rücken kommen konnten, vgl. 38, 20, 8. — *metu*, s. 3, 35, 2. — *excluder.* aus *ad castra* zu vervollständigen, zu *omissa* ist leicht zu ergänzen *ab hostibus* wie *hostes* zu *ferebantur*, s. 9, 13, 2; 6, 30, 4: sie eilten.

7—10. *agasonibusq.*, Erklärung von *fallaci eq. specie*, 3, 1, 3. — *percul.*, prägnant wie 2, 37, 9: so erschüttert hatte, dass sie geflohen waren; Andere lesen *pertulerat*. — *Furium*, 5, 49. — *ex G. spol.*, attributiv. — *saxo q.*, s. 6, 4, 12; es sind Gewölbe unter dem Cap. Tempel, s. Nonius p. 112: *favissas eas*

sacravit. — Eodem anno et a consulibus vario eventu bellatum: nam Hernici a. C. Plautio devicti subactique sunt, Fabius collega 9
eius incaute atque inconsulte adversus Tarquinienses pugnavit. nec in acie tantum ibi cladis acceptum, quam quod trecentos sep- 10
tem milites Romanos captos Tarquinienses immolarunt, qua foeditate supplicii aliquanto ignominia populi Romani insignitior fuit. accessit ad eam cladem et vastatio Romani agri, quam Pri- 11
vernates, Veliterni deinde, incursione repentina fecerunt. — Eodem anno duae tribus, Pomptina et Publilia, additae; ludi votivi, 12
quos M. Furius dictator voverat, facti; et de ambitu ab C. Poetelio tribuno plebis auctoribus patribus tum primum ad populum latum est; eaque rogatione novorum maxime hominum ambitio- 13

dici Varro existimat, quos Graeci thesauros vocant, — quod in eos non rude aes argentumque, sed flata signataque pecunia conderetur, s. Bekker 1, 396, vgl. 5, 50, 6. — *subacti*, die Herniker treten im Ganzen wieder in das frühere Verhältniss als Bundesgenossen, wie die Latiner, c. 12, 7, Schwegler 2, 339. — *tantum — quam*, 26, 1, 3: *non ab ira tantum — quam* etc.; 37, 51, 9: *non tantum gaudium — attulerunt* (*literae*) *quam averterant famam*; Tac. Dial. 6, vgl. L. 9, 38, 4. — *quod*= *eo quod*. — *immolar.*, die Sitte der Etrusker die Gefangenen zu opfern erwähnt schon Herodot, 1, 167; auch auf etruskischen Bildwerken finden sich Menschenopfer dargestellt, vgl. Dennis die Städte Etrur. S. 487; Mommsen 1, 183, vgl. L. 22, 57, 6; Ihne 1, 247.

11—13. Es folgen einzelne Notizen, wie sie sich in den Annalen gefunden haben mögen. *Privernates*, die Bewohner von Privernum, einer östlich von den pontinischen Sümpfen am Amasenus gelegenen Stadt, j. Piperno, welche, von den Römern bedroht, allein oder mit den übrigen Volskern den Krieg fortführt, s. c. 42, 8; 8, 19 ff. — *Velitern.*, sie erscheinen jetzt selbständig, und nachdem die übrigen Latiner bereits Friede geschlossen haben, c. 12, noch im Kriege mit Rom; der Ausgang der Belagerung 6, 42 ist nicht berichtet. — *Pomptina*, s. 6, 6, 4. Es werden so 27 Tribus; Censoren sind auch hier nicht erwähnt, vgl. 6, 5, 8; das römische Gebiet erweitert sich so, ohne dass die Latiner berücksichtigt werden, s. c. 12. — *lud. v.*, können nicht die 5, 19 gelobten sein, da diese bereits gehalten sind, s. 5, 31; auch nicht die 6, 42 erwähnten, die wol schon nicht mehr *votivi* waren. Wahrscheinlich sind die c. 11 gelobten gemeint, und von L. irrthümlich oder nach anderen Annalen dem Camillus zugeschrieben. — *de ambitu*, vgl. 4, 25. Das Gesetz ist nicht, wie spätere, gegen Bestechung gerichtet, aber doch gegen die im Folg. bezeichnete unwürdige Art der Bewerbung, welche einzureissen anfieng. *auctor. patr.*, nachdem es der Senat veranlasst oder vorher gebilligt hatte; es ist wohl nicht der erste Fall, dass ein Volkstribun in dieser Weise verfährt, s. 4, 496; Lange 1, 471; Schwegler 2, 560, sondern *de ambitu* ist mit Nachdruck vorangestellt und darauf bezieht sich *tum primum*, nicht auf *auctor. patribus*, s. Mommsen Forsch. 214. — *novorum h.*, Plebejer s. c. 1. — *ambitionem*, überhaupt Bewerbung: *ambitio nihil est aliud quam intempestiva capta-*

nem, qui nundinas et conciliabula obire soliti erant, conpressam
16 credebant. Haud aeque laeta patribus insequenti anno C. Marcio Cn. Manlio consulibus de unciario fenore a. M. Duilio L. Menenio tribunis plebis rogatio est perlata; et plebs aliquanto eam cupidius scivit [accepit].

2 Ad bella nova priore anno destinata Falisci quoque hostes exorti duplici crimine, quod et cum Tarquiniensibus inventus eorum militaverat, et eos, qui Falerios perfugerant, cum male pugnatum est, repetentibus fetialibus Romanis non reddiderant. ea provincia
3 Cn. Manlio obvenit. Marcius exercitum in agrum Privernatem, integrum pace longinqua, induxit, militemque praeda inplevit. ad copiam rerum addidit munificentiam, quod nihil in publicum
4 secernendo augenti rem privatam militi favit. Privernates cum

tio gratiae ac favoris, plerumque tam efficax, ut eius ergo ius et officium migremus, Gronov. — *nundinas*, Märkte, wie sie alle 9 Tage nicht allein in Rom, s. 3, 35, 1, sondern auch in anderen Orten gehalten werden; da jedoch L. sonst immer *fora et conciliabula* verbindet, s. 25, 5, 6; 29, 37, 3; 39, 14, 7; 40, 19, 3; ib. 37, 3, so ist wol hier *nundinae* statt *fora* nicht von den Märkten sondern den Marktflecken gebraucht. — *conciliab.*, kleinere Orte, ohne gesonderte Gemeindewesen, von röm. Bürgern bewohnt. Der Sinn des Gesetzes ist, dass die Candidaten nur in Rom auf dem Forum oder camp. Martius, nicht bei fern von der Stadt wohnenden mit den Personen und Verhältnissen weniger bekannten Bürgern um Stimmen sich bewerben sollen.

16. 1. *haud aeq.* etc., in Bezug auf c. 15, 13, da die Patricier Wucher trieben. Das Gesetz scheint ohne weitere Zustimmung des Senates Geltung zu erhalten, s. 3, 55, 3. — *Marcio* (*Rutilo*); *Manlio*, c. 12. — *unciario f.*, die Einheit, von welcher die *uncia* = $^1/_{12}$ jährlich als Zins gezahlt werden soll, war das Capital, welches als Ganzes durch *as* bezeichnet wurde, die *uncia* n. *sortis* war also 8⅓ Procent; wahrscheinlich vom zehnmonatlichen Jahre, vom zwölfmonatlichen also 10 Procent, vgl. Rein Privatrecht S. 630 ff.; vielleicht wurde auf die Uebertretung des Gesetzes jetzt eine Mult gesetzt, während die Zwölf-Tafeln, s. 6, 11, 9, nur eine Privatstrafe angeordnet hatten. — *cupidius*, als das gegen den *ambitus*, bei dem die ärmere Plebs wenig interessirt war. — *accepit* ist wol Glossem des eigentlichen Ausdrucks *scivit*.

16, 2—18. Kriege mit den Faliskern, Tarquiniensern, Privernaten; innere Verhältnisse. Diod. 16, 31; 36.

2—3. *ad* = *praeter*. — *nova* c. 15, 11; der Beschluss über dieselben ist dort übergangen. — *Falisci*, s. zu 5, 27, 15; in der Nähe der Falisker wohnten jetzt röm. Bürger, s. 6, 4, 4. — *crimine*, hier: Verbrechen, Schuld. — *cum — est*, 6, 20, 4; 4, 60, 8; 23, 49, 5 u. a. — *integra p. l.*, wie 6, 7, 1, weil die Stadt an den Kriegen mit Rom sich früher nicht betheiligt hat. — *nihil* etc., sonst wird wenigstens der Erlös aus den verkauften Gefangenen in die Staatscasse geliefert. — *augenti*, conatus.

4—5. *praedae*, zum Beutemachen, 22, 9, 5. — *signum* etc., das Asyn-

ante moenia sua castris permunitis consedissent, vocatis ad contionem militibus: „castra nunc“ inquit „vobis hostium urbemque praedae do, si mihi pollicemini vos fortiter in acie operam navaturos, nec praedae magis quam pugnae paratos esse.“ signum 5
poscunt ingenti clamore, celsique et spe haud dubia feroces in proelium vadunt. ibi ante signa Sex. Tullius, de quo ante dictum est, exclamat „aspice, imperator,“ inquit, „quem ad modum exercitus tuus tibi promissa praestet“, piloque posito stricto gladio in hostem impetum facit. secuntur Tullium antesignani omnes pri- 6
moque impetu avertere hostem; fusum inde ad oppidum persecuti, cum iam scalas moenibus admoverent, in deditionem urbem acceperunt. triumphus de Privernatibus actus. — Ab altero consule 7
nihil memorabile gestum, nisi quod legem novo exemplo ad Sutrium in castris tributim de vicesima eorum, qui manu mitterentur, tulit. patres, quia ea lege haud parvum vectigal inopi aerario additum esset, auctores fuerunt; ceterum tribuni plebis non tam 8
lege quam exemplo moti, ne quis postea populum sevocaret,

deton soll den Eifer veranschaulichen, s. 22, 3, 13. — *celsi*, 30, 32, 11. — *inquit* nach *exclamavit* pleonastisch, vgl. 1, 45, 6; 8, 9, 4. — *piloq.* etc., ohne das pilum gegen den Feind erst abzuwerfen, s. 6, 12, 8; 9, 13, 2: *pila velut dato ad id signo abiciunt*, vgl. 2, 30, 12. — *antesignani*, die erste acies, die hastati, s. 9, 32, 8; ib. 39, 7; 4, 37 u. a., auf welche schon die pila s. 8, 8, hinweisen. Tullius ist zwar centurio der Triarier, aber er steht hier nicht an der Spitze derselben, sondern ist vor die Fronte (*ante signa*, 26, 5, 15) getreten um durch sein Beispiel die übrigen anzufeuern; und dient hier wol mehr zur Veranschaulichung. — *dedition.*, s. c. 27, 9, vgl. 6, 3, 3. Was aus Veliträ geworden sei, wird nicht berichtet. — *triumphus* etc. Nach den Triumphalfasten *a. CCCXCVI. K. Iun.*

7. *tributim*, da nach Tribus ausgehoben wurde, s. 4, 46, und die Tribus ziemlich gleichmässig im Heere vertreten waren, so konnten auch ausser der Stadt im Lager Tributcomitien gehalten werden, doch ist es, wenn auch sonst bisweilen Tribusversammlungen ausserhalb, aber wenigstens in der Nähe der Stadt gehalten worden sind, s. 3, 54, 11; 27, 21, 1; Mommsen Forschung. 1, 190, nicht gewöhnlich, *novo exemplo*; über die Berufung derselben durch den Consul s. 3, 71, 3. — *de vices.*, 5 Procent von dem Werthe der Sclaven, die freigelassen wurden, deren Zahl schon damals nicht gering sein mochte, Lange 1, 140 f. — *vectigal*, Einnahme aus indirecter Abgabe. — *inopi ae.* deutet an, dass es jetzt für Staatszwecke verwendet wurde, später hat es eine andere Bestimmung, s. 27, 10, 11; Marq. 3, 2, 16; 124; Mommsen Gesch. d. röm. Münzw. 401. — *auct. fuer.*, s. 6, 40, 10; der Beschluss erhält so volle Gültigkeit; anders ist das Verfahren c. 15, 12.

8. *sevocaret*, wer ausserhalb der Stadt und der Nähe derselben, und somit ausser dem Bereich, wo das imperium beschränkt ist, eine Volksversammlung beriefe, vgl. 3, 20; Cic. Mur. 7, 15: *facis, ut rursus*

capite sanxerunt: nihil enim non per milites iuratos in consulis
verba quamvis perniciosum populo, si id liceret, ferri posse. —
9 Eodem anno C. Licinius Stolo a M. Popilio Laenate sua lege decem
milibus aeris est damnatus, quod mille iugerum agri cum filio possi-
deret, emancupandoque filium fraudem legi fecisset.

17 Novi consules inde, M. Fabius Ambustus iterum et M. Po-
2 pilius Laenas iterum, duo bella habuere, facile alterum cum Ti-
burtibus, quod Laenas gessit, qui hoste in urbem conpulso agros
vastavit; Falisci Tarquiniensesque alterum consulem prima pugna
3 fuderunt. inde terror maximus fuit, quod sacerdotes eorum facibus
ardentibus anguibusque praelatis incessu furiali militem Romanum
insueta turbaverunt specie. et tum quidem velut lymphati et at-
4 toniti munimentis suis trepido agmine inciderunt; deinde, ubi
consul legatique ac tribuni puerorum ritu vana miracula paventes
inridebant increpabantque, vertit animos repente pudor, et in ea
5 ipsa, quae fugerant, velut caeci ruebant. discusso itaque vano
apparatu hostium cum in ipsos armatos se intulissent, averterunt
totam aciem; castrisque etiam eo die potiti praeda ingenti parta
victores reverterunt, militaribus iocis cum apparatum hostium
6 tum suum increpantes pavorem. concitatur deinde omne nomen

plebs in Aventinum sevocanda esse videatur, von einer Secession der Plebs. — *capite s.*, sie setzen eine Capitalstrafe darauf. — *iuratos*, sie waren dem Consul durch den Eid zu Gehorsam verpflichtet, und hätten gezwungen werden können, alle Anträge desselben anzunehmen, s. 3, 20, 6 f. — *ferri*, 3, 17, 9.

9. *Popilio*, s. c. 12, 1. — *damnatus*, die Verurtheilung in Tributcomitien, Dion. 14, 22: *ὑπὸ τοῦ δήμου καταψηφισθείς*, wurde durch Popilius bewirkt, der (vielleicht als Aedil, s. 10, 13, 14) hier als Ankläger auftritt, und die im Gesetze, s. 6, 35, 5, bestimmte Mult beantragt. — *mille iug.*, s. 5, 26, 5; der Vorfall zeigt, wie die reichen Plebejer mit den Patriciern in dieser Beziehung gleiches Interesse haben, und das Gesetz die Plebs in ihren Ansprüchen wenig sichert, vgl. 4, 48, 2. — *emancup.—fr. legi f.*, vermittelst der Emancipation, vgl. Val. Max. 8, 6, 3: *dissimulandi criminis gratia dimidiam partem filio emancipavit*, er hatte die Emancipation nur um das Gesetz zu umgehen (*in fraudem legis*) vorgenommen, Plin. 18, 2, 17: *substituta filii persona*.

17. 1—6. *Fabius*, c. 11. *Popilius*, c. 12. — *alterum* — *alterum* sind auf verschiedene Begriffe bezogen, um *Falisci* etc. zu heben. — *prima*: im Anfange. — *inde — quod* = *ex ea causa—quod*, wie bei Späteren *inde est, quod*. — *fuit*, trat ein, s. c. 12, 5; zu 32, 30, 8. — *anguibus*, aus § 4: *vana miracula* und § 5: *vano apparatu* scheint zu folgen, dass L. nicht an wirkliche Schlangen (s. Corn. Hann. 10) gedacht habe, wie es auch Flor. 1, 6, 7: *Fidenae — armatae discoloribus serpentium in modum vittis* gefasst hat, vgl. 4, 33, 2. — *furiali*, den Furien ähnlich. — *lymphati*, 10, 28, 10. — *victores* etc, das Folg. lässt eher eine Niederlage erwarten. — *omne n. Etr.*, also auch die nördlichen Staaten, welche jetzt Rom

Etruscum, et Tarquiniensibus Faliscisque ducibus ad salinas perveniunt. adversus eum terrorem dictator C. Marcius Rutilus primus de plebe dictus magistrum equitum item de plebe C. Plautium dixit. id vero patribus indignum videri, etiam dictaturam 7
iam in promisco esse; omnique ope inpediebant, ne quid dictatori ad id bellum decerneretur parareturve. eo promptius cuncta ferente dictatore populus iussit. profectus ab urbe utraque parte 8
Tiberis ratibus exercitu, quocumque fama hostium ducebat, traiecto multos populatores agrorum vagos palantes oppressit; castra quoque necopinato adgressus cepit, et octo milibus hostium 9
captis, ceteris aut caesis aut ex agro Romano fugatis sine auctoritate patrum populi iussu triumphavit. — Quia nec per dictatorem plebeium nec per consulem comitia consularia haberi vo- 10
lebant, et alter consul Fabius bello retinebatur, res ad interregnum redit. interreges deinceps Q. Servilius Ahala, M. Fabius, 11
Cn. Manlius, C. Fabius, C. Sulpicius, L. Aemilius, Q. Servilius, M. Fabius Ambustus. in secundo interregno orta contentio est, 12
quod duo patricii consules creabantur, intercedentibusque tribu-

mehr als die Gallier zu fürchten scheinen, Mommsen 1, 338. — *ducibus*, c. 11, 3. — *ad salinas*, auf dem rechten Tiberufer; s. 5, 45, 8. — *Marcius*, c. 16.

7—9. *patrib.*, der Consul ist bei der Ernennung des Dictators nicht an die Wünsche des Senats gebunden, s. c. 12, 9; der plebejische Consul konnte daher auch gegen den Willen desselben einen plebejischen Dictator ernennen. — *patribus* ist wol von den patricischen Senatoren, s. 6, 42, 10, die auch § 7 u. 10 im Senate stärker vertreten sind, oder den Patriciern überhaupt zu verstehen, da die plebejischen Senatoren schwerlich über die Wahl unwillig waren. — *in promisco*, Gemeingut. — *inpediebant*, suchten zu verhindern, 2, 43, 6. — *decerneretur*, der Senat hat das Recht den dilectus und die Geldmittel zur Kriegführung zu verwilligen. Beides sucht die dem Dictator feindliche Partei zu hintertreiben, indem sie hindert, dass die nöthigen Senatsbeschlüsse gefasst werden; vgl. 28, 45, 13. — *ferente dict.*, der Dictator scheint ohne Senatsbeschluss seine Anträge an das Volk (die Centurien?) gestellt zu haben, Lange 2, 536. — *utraque*, die Feinde sind auf das linke Tiberufer gegangen. — *ratib. exer.*, das Heer ist also nicht so gross zu denken. — *vag. pal.*, 2, 50, 6. — *pop. iussu*, vgl. 3, 63, 8; 10, 37, 12.

10—11. *consul.* n. *plebeium*, c. 21, 9; 22, 10. — *interreg.*, es wird mehrfach bemerkt, dass die Interregen im Interesse der Patricier, denen sie angehören, grösseren Einfluss auf die Wahl geübt haben, s. c. 22, 2; 28, 10; 22, 34, 9 u. a. Die lange Reihe derselben setzt heftigen Widerspruch der Tribunen voraus.

12—13. *in sec. int.*, also unter Fabius, wahrscheinlich dem 6, 22; 34; 36 genannten, dessen Parteistellung von L. nicht genau angegeben ist, oder sich geändert hat. Der zweite *M. Fabius*, der um diese Zeit lebte, s. § 1, steht anfangs, s. § 10, noch im Felde und ist erst der letzte der Interregen. — *creabantur*, die Wahl fand statt, konnte aber

nis interrex Fabius aiebat in duodecim tabulis legem esse, ut quodcumque postremum populus iussisset, id ius ratumque
13 esset; iussum populi et suffragia esse. cum intercedendo tribuni nihil aliud, quam ut differrent comitia, valuissent, duo patricii consules creati sunt, C. Sulpicius Peticus tertium M. Valerius Publicola, eodemque die magistratum inierunt.

18 Quadringentesimo anno quam urbs Romana condita erat, quinto tricesimo quam a Gallis reciperata, ablato post undecimum annum a plebe consulatu patricii consules ambo ex interregno magistratum iniere, C. Sulpicius Peticus tertium M. Vale-
2 rius Publicola. Empulum eo anno ex Tiburtibus haud memorando certamine captum, sive duorum consulum auspicio bellum ibi gestum est, ut scripsere quidam, seu per idem tempus Tarquiniensium quoque sunt vastati agri ab Sulpicio consule, quo
3 Valerius adversus Tiburtes legiones duxit. Domi maius certamen consulibus cum plebe ac tribunis erat. fidei iam suae non solum virtutis ducebant esse, ut accepissent duo patricii consulatum, ita

nicht vollständig durchgesetzt werden. Der Interrex scheint für Plebejer keine Stimmen angenommen, die Tribunen dagegen vor der Renuntiation Einsprache gethan zu haben. Nur daraus, dass die Stimmen wirklich abgegeben sind, erklärt sich das Folg.: *quodcumque — suffragia esse*: auch (*et*) der durch das Volk vollzogene Wahlact (von zwei Patriciern) sei, da jede Wahl ebenso wie die Abstimmung über Gesetze nach einer rogatio erfolgte, ein *iussus populi*, vgl. 9, 33, 9, und hebe die Bestimmung des Licinischen Gesetzes, dass ein Plebejer zu wählen sei, auf, Lange 1, 459; 463. — *differrent*, die Comitien wurden vertagt, vgl. 6, 42, 1; 3, 20, 6, aber dann immer dasselbe Verfahren beobachtet, so dass die Tribunen zuletzt von der Intercession abstanden, s. Becker 2, 2, 103. — *valuissent* n. *efficere*. — *Sulpicius*, c. 12.

18—20. Streit um das Consulat; Krieg gegen Tibur und Etrurien. Diod. 16, 40.

1—2. *Quadringent.*, das Jahr ist nach denselben Quellen, wie 5, 54, 6 die Einnahme der Stadt auf 365 a. u., angesetzt, nach der Varronischen Aera und nach den capit. Fasten ist es 399. Das 6, 34 übergangene Jahr ist mitgerechnet. — *quam*, 6, 29, 10. — *a Gall. rec.*, nur hier folgt L. dieser bisweilen vorkommenden Aera, vgl. c. 1, 10; Eutrop. 2, 1; Polyb. 2, 18. — *a Gallis*, 3, 13, 10. — *post undec.* etc., aus *ablato a plebe* ist zu denken: seit es die Plebs erlangt hatte; das 11. Jahr ist bereits abgelaufen, mit den genannten Consuln hat das 12. begonnen. — *Empulum*, wahrscheinlich das j. Ampiglione an der Strasse nach Subiaco, eine von Tibur abhängige Stadt, wie c. 19 *Sassula*, vgl. 6, 29, 6. — *haud* findet sich seltener bei affirmativen Begriffen, s. c. 16, 1; 3, 11, 4; 8, 40, 3 u. a.

3—7. *fidei i. s.*, mit Nachdruck vorangestellt: sie hielten es für ihre Pflicht, da ihre Standesgenossen so grosses Vertrauen in sie gesetzt hatten, nicht bloss für eine Aufgabe ihrer Tüchtigkeit und Energie. — *duc. esse*, 34, 2, 3. — *duo — ambo-*

ambobus patriciis mandare: quin aut toto cedendum esse, si ple- 4
beius iam magistratus consulatus fiat, aut totum possidendum,
quam possessionem integram a patribus accepissent. plebes 5
contra fremit: quid se vivere, quid in parte civium censeri, si,
quod duorum hominum virtute, L. Sexti ac C. Licini, partum
sit, id obtinere universi non possint? vel reges vel decemviros 6
vel si quod tristius sit imperii nomen patiendum esse potius,
quam ambos patricios consules videant, nec in vicem pareatur
atque imperetur, sed pars altera in aeterno imperio locata plebem 7
nusquam alio natam quam ed serviendum putet. non desunt 8
tribuni auctores turbarum, sed inter concitatos per se omnes
vix duces eminent. aliquotiens frustra in campum descensum 9
cum esset, multique per seditiones acti comitiales dies, postremo
victae perseverantia consulum plebis eo dolor erupit, ut tribunos,
actum esse de libertate vociferantes relinquendumque non cam-
pum iam solum sed etiam urbem, captam atque oppressam re-
gno patriciorum, maesta plebs sequeretur. consules relicti a parte 10
populi per infrequentiam comitia nihilo segnius perficiunt. creati

bus, hier wie § 2 u. 1; c. 19, 5 wenig verschieden: die zwei — alle beide. — *si — fiat,* wenn jetzt, nach dem Erfolge im vorhergeh. Jahre und der Geltendmachung des Grundsatzes c. 17, 12 das Consulat werden sollte, s. c 21, 1; Madvig verm. *esse, ut plebeius* etc. — *quam poss.,* wie sie, s. 4, 2, 4. — *quid — vivere,* Frage des Unwillens: sie wollten lieber gar nicht u. s. w. — *censeri,* weil von dem Census das Bürgerrecht abhieng. — *tristius,* finster, streng, der Plebs feindlich, s. 2, 30, 5; 25, 6, 2. — *quam* ohne *ut,* vgl. 2 15, 2, s. 4, 2, 10; in orat. rect. s. c. 30, 17; 40, 14 u. a. — *videant,* 3, 30, 6. — *in vicem* etc., 3, 39, 8. — *nusq. alio = ad nullam aliam rem,* s. 4, 54, 7.

dinum otium esset, ne nimis laetae res essent, petsilentia civitatem adorta coegit senatum imperare decemviris, ut libros Sibyl-
2 linos inspicerent; eorumque monitu lectisternium fuit. eodem anno Satricum ab Antiatibus colonia deducta restitutaque urbs, quam Latini diruerant; et cum Carthaginiensibus legatis Romae foedus ictum, cum amicitiam ac societatem petentes ve-
3 nissent. — Idem otium domi forisque mansit T. Manlio Torquato C. Plautio consulibus. semunciarium tantum ex unciario fenus factum, et in pensiones aequas triennii, ita ut quarta
4 praesens esset, solutio aeris alieni dispensata est; et sic quoque parte plebis adfecta fides tamen publica privatis difficulta-

1. *decem viris*, 6, 42, 2. — *lectisternium*, s. c. 2, 2. Nach anderen Nachrichten, s. Censorin. de die nat. c. 17, sollen in diesem Jahre die Saecularspiele gefeiert worden sein, vgl. Festus p. 329: *ludi seculāres*; Mommsen. Chron. S. 182 f.

2. *Satricum — urbs*, Antium scheint sich, wol in Folge der c. 25, 4 ff; 19, 6 erwähnten Ereignisse wieder unabhängig gemacht, s. 6, 33, 3, und mit den übrigen Volskern verbunden, c. 19, 6, dann das nahe Satricum, welches, wenn die Römer wieder eine Colonie dahin abführten, gefährlich werden konnte, hergestellt zu haben, 6, 33, 4, vgl. 4, 49, 7. — *cum Carthag.*, L. erwähnt hier zuerst ein Bündniss mit Carthago, aber er bemerkt nicht, dass es das erste gewesen (Orosius 3, 7 hat schwerlich bei L. gelesen: *primum illud ictum cum Carthag. foedus*, sondern diese Bemerkung selbst gemacht, oder aus einer anderen Quelle entlehnt), es bleibt also nach ihm die Möglichkeit das Polyb. 3, 22 erwähnte Bündniss aus d. Jahr 245 d. St. als das erste zu betrachten. Das von L. a. u. St. erwähnte Bündniss würde dann das zweite der von Polyb. c. 24 angegebenen sein, und die in demselben vorausgesetzten Verhältnisse, besonders die Roms zu den Latinern, würden ganz zu der Lage, in der sich Rom in jener Zeit befand, stimmen. Da jedoch Diod. 16, 19 das Bündniss von 406 das erste nennt, so hat Mommsen Chron. 321 dieses für dasselbe erklärt, welches Polyb. als das erste bezeichnet und bezweifelt, dass es von Polyb. mit Recht in das Jahr 245 gesetzt werde, s. zu c. 38, 2; 9, 43, 26; Mommsen R. G. 1, 417; Rhein. Jahrbb. 15, 396; 488; 16, 288; Jahrbb. f. Philol. 95, 321 ff.

3—4. *Manlio*, s. c. 26. — *semunciarium*, es wird auf 5 Procent (4⅙ auf das zehnmonatliche Jahr) herabgesetzt, s. c. 16, 1. — *factum*, wol durch ein Plebiscit, s. Tac. Ann. 6, 16; Lange 2, 33. — *in pensiones* etc., die Schulden sollen in 4 gleichen Raten, die erste (*quarta*, weil *triennii* vorausgegangen ist) sogleich, die 3 übrigen je nach Jahresfrist abgetragen werden; vgl. 30, 37, 5: *pensionibus aequis in annos L*; 42, 5, 9; Rein Privatrecht S. 627. Der Grund der Massregel ist nicht Insolvenz, sondern die Absicht das Eintreten des strengen Executionsverfahrens, s. c. 19, 5; 21, 8, wenn nicht an dem bestimmten Termine das Capital zurückgezahlt wird, abzuwenden. — *sic quoq.*, auch so, nach diesen Zugeständnissen. — *adfecta*, wahrscheinlich mussten viele ihre Güter abtreten, oder konnten das Geld nicht herbeischaffen. — *fides p.*, um den öffent-

tibus potior ad curam senatui fuit. levatae maxime res, quia tributo ac dilectu supersessum.

Tertio anno post Satricum restitutum a Volscis M. Valerius 5
Corvus iterum consul cum C. Poetelio factus, cum ex Latio nuntiatum esset legatos ab Antio circumire populos Latinorum ad
concitandum bellum, priusquam plus hostium fieret, Volscis arma 6
inferre iussus ad Satricum exercitu infesto pergit. quo cum Antiates aliique Volsci praeparatis iam ante, si quid ab Roma moveretur, copiis occurrissent, nulla mora inter infensos diutino odio
dimicandi facta est. Volsci, ferocior ad rebellandum quam ad 7
bellandum gens, certamine victi fuga effusa Satrici moenia petunt. et ne in muris quidem satis firma spe cum corona militum cincta iam scalis caperetur urbs, ad quattuor milia militum
praeter multitudinem inbellem sese dedidere. oppidum dirutum 8
atque incensum; ab aede tantum matris Matutae abstinuere ignem. praeda omnis militi data. extra praedam quattuor milia deditorum habita; eos vinctos consul ante currum triumphans egit;
venditis deinde magnam pecuniam in aerarium redegit. sunt qui 9
hanc multitudinem captivam servorum fuisse scribant, idque magis veri simile est quam deditos venisse.

Hos consules secuti sunt M. Fabius Dorsuo Ser. Sulpicius 28
Camerinus. Auruncum inde bellum ab repentina populatione
coeptum; metuque ne id factum populi unius, consilium omnis 2

lichen Credit überhaupt (nicht den des Staates) aufrecht zu erhalten wurde die für viele drückende Massregel angeordnet. — *potior ad*, Cic. Fin. 1, 4, 11: *nulla ad legendum potiora.* — *tributo a. d.*, die beiden Dinge, welche die Noth der Plebs verursachen.

5—9. *Poetel.*, c. 11. — *ab Ant.*, es ist also wieder dasselbe Verhältniss wie 6, 6. — *Latinor.*, vgl. c. 25, 6; 8, 4, 2. — *diutino*, obgleich schon c. 19, 9, ein Krieg mit den Volskern erwähnt ist, so hat L. doch wol mehr an die Kriege vor 377 a. u. gedacht. — *praeter*, abgesehen von. — *dirutum* wie 6, 33. — *extra pr.* etc., die übrigen scheizen als Theil der Beute betrachtet nu werden, vgl. 4, 34, 4. — *servorum*, was Prädicatsnomen sein sollte: *servos fuisse hanc multitudinem*, hat sich an das logische Subject als Bestimmung angeschlossen: aus — bestanden habe, vgl. 23, 35, 6. — *idque — deditos*, L. ist geneigt, dieses zu glauben, weil sonst der Grundsatz galt *captas non deditas diripi urbes*, 37, 32, 12; es wäre nach seiner Ansicht wenigstens die persönliche Freiheit der Bürger gesichert gewesen, vgl. 30, 7, 2; 42, 8, 5; Val. Max. 6, 5, 1. Allein da sie sich erst bei dem Sturm ergaben, also wol ohne Bedingung, vgl. 2, 17, 6; 8, 13, 12; 9, 42, 7; 6, 3, 10, so konnte strenger gegen sie verfahren werden.

28. 1—2. *Dorsuo*, 5, 46. L. hat nicht bemerkt, dass beide Consuln Patricier sind. — *Auruncum*, s. 2,

nominis Latini esset, dictator velut adversus armatum iam Latium L. Furius creatus, magistrum equitum Cn. Manlium Capito-
3 linum dixit; et cum, quod per magnos tumultus fieri solitum erat, iustitio indicto dilectus sine vacationibus habitus esset, legiones, quantum maturari potuit, in Auruncos ductae. ibi praedonum magis quam hostium animi inventi; prima itaque acie
4 debellatum est. dictator tamen, quia et ultro bellum intulerant et sine detractatione se certamini offerebant, deorum quoque opes adhibendas ratus inter ipsam dimicationem aedem Iunoni Monetae vovit; cuius damnatus voti cum victor Romam rever-
5 tisset, dictatura se abdicavit. senatus duumviros ad eam aedem pro amplitudine populi Romani faciendam creari iussit; locus in arce destinatus, quae area aedium M. Manli Capitolini fuerat.
6 consules dictatoris exercitu ad bellum Volscum usi Soram ex hostibus, incautos adorti, ceperunt.

Anno post quam vota erat aedes Monetae dedicatur C. Mar-
7 cio Rutilo tertium T. Manlio Torquato iterum consulibus. prodi-

16, 8; sie sind seit 2, 26 nicht erwähnt, und erheben sich jetzt wol, weil die Römer ihren Grenzen näher rücken, s. Nieb. R. G. 3, 101. Eine Verbindung derselben mit den Latinern, zu denen sie L. hier rechnet, ist sonst nicht bekannt; er scheint den Namen Latium nicht in der damaligen, sondern in seiner späteren Ausdehnung gebraucht zu haben, vgl. Strabo 5, 3 p. 231: *νυνὶ μὲν οὖν ἡ παραλία μέχρι πόλεως Σινοέσσης ἀπὸ τῶν Ὀστίων Λατίνη καλεῖται, πρότερον δὲ μέχρι τοῦ Κιρκαίου μόνον ἐσχήκει τὴν ἐπίδοσιν*, s. Mommsen 1, 34. — *consil.*, s. 21, 34, 4. — *Furius* c. 25.

3—5. *iustitio*, s. 3, 3, 6. — *vacationibus*, c. 9, 6; 3, 69, 6. — *praedonum*, 2, 48, 5. — *offerebant* n. als der Dictator ihnen die Schlacht anbot, holt wie auch *vovit* nach, was vor *prima — debellatum est* geschehen ist. — *opes* hier: die (mächtige) Hülfe, 10, 38, 2. — *Moneta*, von *monere*, Göttin der Erinnerung, ein Beiname der Juno, der nach Suidas s. v. *Μονῆτα* erst im Kriege mit Pyrrhus entstanden sein soll, vgl. Cic. Div. 1, 45; 2, 32. An u. St. haben die Hss. *Monitae*, sonst *Moneta*, s. 4, 7; 20; 33, 26; 42, 7. — *damn. voti*, Cic. Legg. 2, 16, 41: *voti sponsio, qua obligamur deo*; daher nach Servius: *cum vota suscipimus, rei voti dicimur, donec consequamur beneficium, et donec condamnemur i. e. promissa solvamus*, s. 5, 25, 4; 8, 9, 8. — *duumviros* etc., als ausserordentliche Magistrate nach einem Senatsbeschlusse vom Volke gewählt, s. zu 23, 30, 13.

6. *Soram*, eine Stadt der Aurunker (oder Volsker) im oberen Liristhale, in dem sich die Römer bereits festsetzen; doch ist nicht sicher, ob schon jetzt, s. 9, 23; 10, 1, eine Colonie dahin geführt wird. — *aedes M. d.*, Ov. Fast. 6, 183: *Arce quoque in summa Iunoni templa Monetae ex voto memorant facta, Camille, tuo*; Becker 1, 409. Später war nach 6, 20 die Münzstätte mit dem Tempel verbunden, und die libri lintei wurden in demselben aufbewahrt, s. 4, 7. — *Marcio*, c. 21. *Manlio*, c. 27.

gium extemplo dedicationem secutum, simile vetusto montis Albani prodigio: namque et lapidibus pluit et nox interdiu visa intendi; librisque inspectis cum plena religione civitas esset, senatui placuit dictatorem feriarum constituendarum causa dici. dictus P. Valerius Publicola; magister equitum ei Q. Fabius Ambustus datus est. non tribus tantum supplicatum ire placuit sed finitimos etiam populus, ordoque iis, quo quisque die supplicarent, statutus. — Iudicia eo anno populi tristia in feneratores facta, quibus ab aedilibus dicta dies esset, traduntur. et res haud ulla insigni ad memoriam causa ad interregnum redit; ex interregno, ut id actum videri posset, ambo patricii consules creati sunt, M. Valerius Corvus tertium A. Cornelius Cossus.

Maiora iam hinc bella et viribus hostium et longinquitate vel regionum vel temporum [spatio], quibus bellatum est, dicentur. namque eo anno adversus Samnites, gentem opibus armisque validam, mota arma; Samnitium bellum ancipiti Marte gestum Pyrrhus hostis, Pyrrhum Poeni secuti. quanta rerum moles! quo-

7—8. *intendi*, 1, 57, 8. — *plena* etc., vgl. 6, 5, 6. — *feriarum*, s. 3, 5, 14; Macrob. 1, 16, 6, das *novemdiale sacrum*, 1, 31, 4. An den Ferien scheint die von den *decemviri sacr. fac.* anzuordnende *supplicatio* statt gehabt zu haben. — *Valerius*, c. 23. — *datus*, c. 21, 9. — *tribus* ist, wie der Gegensatz zeigt, das ganze römische Volk, 21, 62, 9: *universo populo*, nicht wie 22, 10 die *urbana multitudo* im Gegensatze zu den *agrestes*; an anderen Stellen, s. 3, 7, 7; 27, 51; 34, 55 u. a., findet sich diese Anordnung nicht, es liegt zugleich darin, dass die *supplicatio* nach Tribus gehalten wurde, s. App. Lib. 135: *θυσίαι τε καὶ πομπαὶ τοῖς θεοῖς ἐγίγνοντο κατὰ φυλήν*. — *finit. p.*, Rom verbündete oder befreundete Staaten; über die Theilnahme derselben an Spielen s. 4, 35, 4. — *ordoque* etc., eine ähnliche Bestimmung 34, 55, s. Marq. 4, 41; 56; der Gegensatz ist *vaga*, 3, 63, 5.

9—10. *feneratores*, der erste Fall dass der Wucher bestraft wird, dieser scheint durch die neueren Gesetze, s. c. 16; 27, mit einer Mult bedroht gewesen zu sein, auf welche die Aedilen, vermöge ihres polizeilichen Aufsichtsrechtes, vor einem Volksgerichte (*dies dicta*) Anträge stellen und die Verurtheilung bewirken, s. Becker 2, 2, 320; Rein Privatrecht S. 634. — *et* knüpft locker etwas ganz Verschiedenes an. — *ut id a.*, s. c. 17, 10; 22, 10. — *Valerius* c. 27; *Cornel.* c. 26.

29—VIII, 1. Der erste samnitische Krieg. Appian. Samnit. 1; Frontin de aquae duct. 5.

1—3. *iam hinc*, s. 2, 1, 1; es wird dadurch eine neue Epoche angedeutet, s. 6, 1, 1. — *longinq.* gehört zu den beiden Genitiven und wird von L. auch von der Zeit gebraucht, s. 5, 11, 5 u. a., *spatio* ist dazu wol ein Glossem. — *validam*, sie besassen den grösseren Theil Mittelitaliens von dem oberen Meer bis zur Grenze Campaniens und an den Liris, stammverwandt waren ihnen die nördlich und südlich wohnenden sabellischen Völker, 8, 1; 29, und die Eroberer Capuas. —

tiens in extrema periculorum ventum, ut in hanc magnitudinem,
3 quae vix sustinetur, erigi imperium posset! Belli autem causa
cum Samnitibus Romanis, cum societate amicitiaque iuncti es-
4 sent, extrinsecus venit, non orta inter ipsos est. Samnites Sidi-
cinis iniusta arma, quia viribus plus poterant, cum intulissent,
coacti inopes ad opulentiorum auxilium confugere Campanis sese
5 coniungunt. Campani magis nomen ad praesidium sociorum
quam vires cum attulissent, fluentes luxu ab duratis usu armorum
in Sidicino pulsi agro, in se deinde molem omnem belli verterunt.
6 namque Samnites omissis Sidicinis ipsam arcem finitimorum
Campanos adorti, unde aeque facilis victoria, praedae atque glo-
riae plus esset, Tifata, inminentis Capuae colles, cum praesidio
firmo occupassent, descendunt inde quadrato agmine in plani-
7 tiem, quae Capuam Tifataque interiacet. ibi rursus acie dimica-
tum; adversoque proelio Campani intra moenia conpulsi, cum
robore iuventutis suae acciso nulla propinqua spes esset, coacti
sunt ab Romanis petere auxilium.

extrema per., der Genitiv bei einem Neutr. plur. eines Adjectivs ist bei L. häufig, s. 6, 32, 5; 8, 26, 3 u. s. w., vgl. 1, 57, 9. — *in hanc* etc., vgl. praef. 10. — *societate*, c. 19, 4.

4. *Sidicinis*, eine ausonische, den Aurunkern benachbarte Völkerschaft, gleichen Stammes mit denselben; ihre Hauptstadt Teanum lag nordöstlich am mons Massicus, s. 22, 57; 8, 15 f. Mit diesen stiessen die Samniter, als sie am Liris vordrangen, zusammen. — *iniusta*, worin die Verletzung des Völkerrechtes, s. 9, 1, 10, bestanden habe, ist nicht angedeutet, denn *quia — poterant* giebt den Grund zu dem ganzen Satze an: weil sie die Macht hatten, setzten sie sich über das Recht hinweg. — *Campanis*, nicht allein die Bewohner Capuas (obgleich an diese zunächst im Folg. bei *Campani* etc. zu denken ist), sondern auch des ager Campanus und der benachbarten Städte, s. c. 30, 6; 38, 10; 23, 17, 10; 4, 44, 12. Die Samniter, welche sich des Landes bemächtigt hatten, 4, 37, sind in Schwelgerei versunken und dadurch ihren Stammgenossen entfremdet, s. 9, 13, 7.

5. *nomen*, 3, 65, 10. — *fluentes*, ein oft gebrauchter Tropus für Verweichlichung und Genusssucht = *effeminati, molles*, vgl. Cic. Tusc. 2, 22, 52; Offic. 1, 30, 106; anders c. 33, 14; zur Sache s. Mommsen 1, 356 f. — *deinde*, s. 27, 42, 13; 29, 2, 18.

6—7. *Tifāta*, ein östlich von Capua an der Grenze von Samnium von Süden nach Norden zu laufender gegen den Vulturnus sich abdachender Hügelzug. — *praesidio*, ein bleibender Posten wie 2, 49, von dem aus Plünderungszüge unternommen werden können, s. c. 30, 15. — *quad. agmin.*, gewöhnlich ein in der Form eines Rechteckes marschirendes Heer, welches sogleich die Schlachtordnung bilden kann; an u. St. wol: das Heer in Schlachtordnung, s. 21, 5, 16. — *Capuam Tif.*, vgl. 27, 41, 4; 21, 30, 11: *campum interiacentem Tiberi ac moenibus Romanis.* — *acciso*, 3, 10, 8. — *spes*, s. 21, 11, 12.

Legati introducti in senatum maxime in hanc sententiam locuti sunt: „populus nos Campanus legatos ad vos, patres conscripti, misit amicitiam in perpetuum, auxilium praesens a vobis petitum. quam si secundis rebus nostris petissemus, sicut coepta celerius ita infirmiore vinculo contracta esset: tunc enim, ut qui ex aequo nos venisse in amicitiam meminissemus, amici forsitan pariter ac nunc, subiecti atque obnoxii vobis minus essemus; nunc, misericordia vestra conciliati auxilioque in dubiis rebus defensi, beneficium quoque acceptum colamus oportet, ne ingrati atque omni ope divina humanaque indigni videamur. neque hercule, quod Samnites priores amici sociique vobis facti sunt, ad id valere arbitror, ne nos in amicitiam accipiamur, sed ut vetustate et gradu honoris nos praestent: neque enim foedere Samnitium, ne qua nova iungeretis foedera, cautum est. fuit quidem apud vos semper satis iusta causa amicitiae, velle eum vobis amicum esse, qui vos appeteret: Campani, etsi fortuna praesens magnifice loqui prohibet, non urbis amplitudine, non agri ubertate ulli populo praeterquam vobis cedentes, haud parva, ut arbitror, accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram.

30—31. Die Campaner unterwerfen sich den Römern.

1—2. *introducti*, von den Consuln. — *maxime*, im Wesentlichen, die Rede sei in Rücksicht auf Inhalt und Form nur der Hauptsache nach wiedergegeben. — *infirmiore*, vgl. 5, 27, 13. — *ex aequo*, aus dem Zustande der Gleichheit heraus, also in gleicher Selbständigkeit; 37, 36, 5: *quae disceptatio ex aequo — relicta est?* 35, 16, 6; 2, 37, 8; es ist ein aequum foedus gemeint, bei *subiecti a. o.* das Verhältniss der dediticii: es wäre nur eine politische Verbindung, ohne moralische Motive, welche § 3 angiebt, vgl. Thucyd. 1, 32, 2. Auch im Folg. an mehreren Punkten scheint L. die Rede der Kerkyräer berücksichtigt zu haben.

4—6. Die Römer thun nichts Unrechtes, wenn sie Capua unterstützen, s. Thucyd. l. l. 34. — *arbitror*, der princeps legationis, s. § 23: *horreo*; c. 31, 3. — *neque en.* etc., der Redner fasst nur in das Auge, dass die Römer mit Capua, welches selbständig sei und in dem Bündniss der Samniten nicht berührt werde, s. 21, 18, 8, einen Bund schliessen dürfen, ohne zu bedenken, dass dieselben dadurch sogleich mit ihren Verbündeten in Krieg gerathen müssen, s. c. 31, 2. — *appeter.*, sich an euch anschliessen wollte. — *Campani*, s. c. 13, 10: *milites*, durch das Asyndeton *quidem* gegenüber gehoben: ihr handelt nicht nur gerecht, sondern habt von dieser Verbindung auch grossen Nutzen. — *urbis ampl.*, Flor. 1, 11, 6: *ipsa caput urbium Capua, quondam inter tres maximas numerata*; vgl. 23, 10, 2. — *agri*, das Gebiet der Stadt Capua, und Campanien überhaupt, s. c. 31, 1. — *accessio*, s. 30, 40, 3.

7 Aequis Volscisque, aeternis hostibus huius urbis, quandocumque
se moverint, ab tergo erimus, et quod vos pro salute nostra prio-
res feceritis, id nos pro imperio vestro et gloria semper facie-
8 mus. subactis his gentibus, quae inter nos vosque sunt, quod
prope diem futurum spondet et virtus et fortuna vestra, conti-
9 nens imperium usque ad nos habebitis. acerbum ac miserum
est, quod fateri nos fortuna nostra cogit: eo ventum est, patres
10 conscripti, ut aut amicorum aut inimicorum Campani simus. si
defenditis, vestri, si deseritis, Samnitium erimus; Capuam ergo
et Campaniam omnem vestris an Samnitium viribus accedere ma-
11 litis, deliberate. omnibus quidem, Romani, vestram misericor-
diam vestrumque auxilium aequum est patere, iis tamen maxime,
qui fidem inplorantibus aliis auxilium dum supra vires suas prae-
12 stant, *ante* omnes ipsi in hanc necessitatem venerunt. quamquam
pugnavimus verbo pro Sidicinis, re pro nobis, cum videremus
finitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti, et, ubi
conflagrassent Sidicini, ad nos traiecturum illud incendium esse.
13 nec enim nunc, quia dolent iniuriam acceptam Samnites, sed
quia gaudent oblatam sibi esse causam, oppugnatum nos veniunt.
14 an, si ultio irae haec et non occasio cupiditatis explendae esset,

7. *Aequis*, in Bezug auf die früheren Kriege, 6, 4, 8; dass auch latinische Städte dazwischen lagen ist von L. übergangen, weil er sie für Rom unterworfen hält; die Aurunker und Sidiciner, s. c. 32, 9, sind nicht besonders erwähnt, s. c. 28, 1.

9—10. Um die angegebenen Vortheile zu erlangen, müsst ihr sogleich Capua schützen, da es sonst den Samnitern anheim fällt. Die folg. Ausführung deutet wie § 2 *obnoxii* schon auf die deditio c. 31 hin. — *defenditis — erimus*, vgl. 6, 41, 8; an u. St. scheint das Praesens mit Nachdruck gebraucht: wenn ihr jetzt nicht u. s. w., s. § 21.

11—12. Die Lage der Campaner macht sie der Unterstützung würdig. — *fidem – ante omnes* sind unsicher, die Hdss. haben unpassend *eam* und nur *omnes*; Madvig verm. *ea* und tilgt *auxilium* und *omnes*. — *quamquam* etc. Beschränkung von *inplorantibus—praestant*: nicht allein um Anderen zu helfen, sondern um sich selbst zu schützen haben sie Krieg geführt; da die Samniten nur die Unterwerfung Capuas beabsichtigen. — *latrocinio*, c. 28, 3; dadurch dass das logische Subject in das Genitivverhältniss tritt, wird *latrocinio* gehoben, wie oft bei L. — *causam* nur einen Vorwand.

14—16. *an si* etc., rhetorische Begründung: *nam non parum fuit* = *satis esse potuit, oportuit* (daher *fuit*), vgl. 6, 40, 18; 27, 10, 5; 4, 2, 7, auf welche § 16, nachdem der Gedanke *si ultio irae esset* etc. in *quae est — expleri potuit* weiter ausgeführt ist, *sed cupiditas* etc. = *expleri autem non potuit, quod non ira sed cupiditas est*, zurückgeht. Uebrigens liegt eine sehr naive Auffassung der Verhältnisse zu Grunde, wenn nicht angedeutet werden soll, dass die Samniten die bloss bedingte Unterwerfung Capuas zurückge-

parum fuit, quod semel in Sidicino agro, iterum in Campania ipsa legiones nostras cecidere? quae est ista tam infesta ira, quam 15 per duas acies fusus sanguis explere non potuerit? adde huc populationem agrorum, praedas hominum atque pecudum actas, incendia villarum ac ruinas, omnia ferro ignique vastata: his- 16 cine ira expleri non potuit? sed cupiditas explenda est. ea ad oppugnandam Capuam rapit: aut delere urbem pulcherrimam aut ipsi possidere volunt. sed vos potius, Romani, beneficio vestro 17 occupate eam, quam illos habere per maleficium sinatis. non loquor apud recusantem iusta bella populum; sed tamen, si ostenderitis auxilia vestra, ne bello quidem arbitror vobis opus fore. usque ad nos contemptus Samnitium pervenit, supra non ascen- 18 dit: itaque umbra vestri auxilii, Romani, tegi possumus, quidquid [id] deinde habuerimus, quidquid fuerimus, vestrum id omne existimaturi. vobis arabitur ager Campanus, vobis Capua urbs 19 frequentabitur; conditorum, parentium, deorum inmortalium numero nobis eritis; nulla colonia vestra erit, quae nos obsequio erga vos fideque superet. adnuite, patres conscripti, nutum nu- 20 menque vestrum invictum Campanis et iubete sperare incolumem Capuam futuram. qua frequentia omnium generum multi- 21 tudinis prosequente creditis nos illinc profectos? quam omnia votorum lacrimarumque plena reliquisse? in qua nunc expectatione

wiesen haben. — *semel* — *iterum*, in Aufzählungen giebt mehr die Zahl als die Aufeinanderfolge an, 1, 19, 3. — *villarum*, mit denen zu L's Zeit die Gegend übersät war.

17—18. *sed* etc., um die Samniten von Capua abzuhalten ist nicht einmal ein Kampf nöthig, ein blosses Machtgebot reicht schon hin: aber (nein) die Begierde u. s. w. — *tamen*, in Bezug auf die Einräumung in dem vorhergehenden Satze, vgl. § 5. — *ostenderitis* und *umbra*, durch die Stellung gehoben: ihr dürft nur — durch den blossen Schatten. — *supra*: darüber hinaus bis zu euch, die ihr höher steht, mächtiger seid, Sall. I. 24, 5: *intellego illum supra quam ego sum petere*. — *umbra*, vgl. 32, 21, 31: *sub umbra auxilii vestri latere volunt*, wo aber wirkliche Hülfe gemeint ist; 38, 51, 4. — *quidquid* etc., Folgen des geleisteten Beistandes.

19—20. *arabitur*, c. 31, 1. — *deorum* etc., Zeichen der tiefsten Unterwürfigkeit, wie § 20, vgl. c. 31, 5. — *numero*, 4, 4, 12. — *adnuite nutum* wie *facere facinus* u. a.; Virg. 12, 187: *sin nostrum adnuerit nobis Victoria Martem. nutum* Gebot; *numen* wirksame Macht; der hyperbolische Ausdruck ist durch *et iubete* etc. erklärt, vgl. Varro L. L. 7, 85: *numen dicunt esse imperium, dictum ab nutu*, s. L. 8, 34, 2: *dictatoris edictum pro numine semper observatum*; 38, 51, 4; Preller Mythol. S. 52. Ueber die Zusammenstellung gleichlautender, synonymer Ausdrücke s. 1, 16, 3; 6, 22, 7. Der Darstellung scheint Il. 1, 528 zu Grunde zu liegen. — *iubete sp.*. 2, 12, 14. — *omnium. gen.*

senatum populumque Campanum, coniuges liberosque nostros
22 esse? stare omnem multitudinem ad portas viam hinc ferentem
prospectantes certum habeo. quid illis nos, patres conscripti,
23 sollicitis ac pendentibus animi renuntiare iubetis? alterum re-
sponsum salutem victoriam, lucem ac libertatem, alterum — omi-
nari horreo, quae ferat. proinde ut aut de vestris futuris sociis
atque amicis aut nusquam ullis futuris nobis consulite."

31 Summotis deinde legatis cum consultus senatus esset, etsi
magnae parti urbs maxima opulentissimaque Italiae, uberrimus
ager marique propinquus ad varietates annonae horreum populi
Romani fore videbatur, tamen tanta utilitate fides antiquior fuit,
2 responditque ita ex auctoritate senatus consul: „auxilio vos, Cam-
pani, dignos censet senatus; sed ita vobiscum amicitiam institui
par est, ne qua vetustior amicitia ac societas violetur. Samnites

zu *multitudinis* gehörend: die besteht aus, vgl. 21, 12, 8.

22—23. *prospectantes*, 5, 48, 6; der Plural in Bezug auf die in *multitudo* zu denkenden Personen: *coniuges liberosque*. — *habeo*. *quid*, diese Interpunction hat schon Perionius; doch ist dann mit Madvig *iubetis* zu lesen, da wegen der folgenden Alternative der Ausdruck des Unwillens oder der Verwunderung nicht in der Frage liegen kann, s. 6, 40, 11; 22, 60, 18 u. a.; gewöhnlich wird *habeo*, *quid* — *iubeatis* gelesen, dann müsste *illis* des Gegensatzes wegen wie sonst *is*, s. 31, 34, 1; 34, 62, 13 u. a. für das reflexivum und *prospectantes* praegnant = mit Aengstlichkeit den Weg entlang blickend, gebraucht sein, s. Doederlein Syn. 3, 55; Naegelsbach § 102; allein so würde in *prospect.* gelegt, was sogleich bestimmter durch *sollic. ac pendent. animi* ausgedrückt wird, und diese Worte selbst deuten an, dass von den *prospectantes* in der dritten Person gesprochen, nicht ein Gedanke von ihnen. (*sibi* — *sollicitis*). angegeben ist. — *animi* wird in diesem Falle gewöhnlich gebraucht, s. 6, 36, 8, nur selten *animis* wie die Hdss. haben, s. c. 10, 9, vgl. Cic. Tusc. 1, 40, 96, was an u. St. wol auch der Zweideutigkeit wegen gemieden ist. — *ferat*, daraus ist zu dem vorhergeh. Satze *feret* zu nehmen. — *ut* n. ut consulitur de hominibus, qui aut etc.; *ut* ist vorangestellt, weil es zu beiden Sätzen mit *aut* gehört, so konnte die Präposition im zweiten Gliede leichter fehlen, s. 29, 31, 1; 45, 19, 5. — *n. ullis*, s. 6, 18, 8.

31. 1. *uberrimus ag.*, Flor. 1, 11, 3: *omnium non modo Italiae sed toto orbe pulcherrima Campaniae plaga est, nihil mollius caelo — nihil uberius solo*, vgl. Plin. 3, 5, 60; 18, 11, 109. — *ad variet.*, für die Schwankungen der Getreidepreise: wenn Theuerung eintreten sollte; wie Campanien schon vorher die Kornkammer Roms war, 4, 25, und es bis zur Eroberung Siciliens blieb. — *fides*, die Bundestreue wäre nur dadurch verletzt worden, dass die Samniten von Rom sogleich angegriffen werden mussten, nicht durch den Abschluss eines Bündnisses mit Capua an sich, s. c. 30, 4. — *ex auct.*, gemäss dem Beschlusse. — *ita—ne*, 22, 61, 5.

nobiscum foedere iuncti sunt: itaque arma, deos prius quam homines violatura, adversus Samnites vobis negamus; legatos, sicut 3
fas iusque est, ad socios atque amicos precatum mittemus, ne qua vobis vis fiat." ad ea princeps legationis — sic enim domo mandatum attulerant — „quando quidem" inquit „nostra tueri adversus vim atque iniuriam iusta vi non vultis, vestra certe defendetis: itaque populum Campanum urbemque Capuam, agros, 4
delubra deum, divina humanaque omnia in vestram, patres conscripti, populique Romani dicionem dedimus, quidquid deinde patiemur, dediticii vestri passuri." sub haec dicta omnes, manus 5
ad consules tendentes, pleni lacrimarum in vestibulo curiae procubuerunt. commoti patres vice fortunarum humanarum, si ille 6
praepotens opibus populus, luxuria superbiaque clarus, a quo paulo ante auxilium finitimi petissent, adeo infractos gereret animos, ut se ipse suaque omnia potestatis alienae faceret. tum iam 7
fides agi visa deditos non prodi; nec facturum aequa Samnitium populum censebant, si agrum urbemque per deditionem factam populi Romani oppugnarent. legatos itaque extemplo mitti ad 8
Samnites placuit. data mandata, ut preces Campanorum, respon-

3. *legatos—mittemus* enthält die Andeutung der Bitte, daher *ne*; der Erfolg war leicht vorauszusehen, s. c. 30, 4. — *fas iusq.*, gewöhnlich sagt L. *ius fasque*, s. 33, 33, 7. — *iniuriam—vi*, Chiasmus und Oxymoron, s. 1, 49, 3; Cic. Sest. 42, 92: *inter hanc vitam perpolitam humanitate et illam immanem nihil tam interest quam ius et vis.* — *vestra certe* etc. Durch die Dedition wurde Capua u. s. w. Eigenthum der Römer, durch dessen Verletzung nun die Samniten das Bündniss gebrochen hätten, s. c. 32, 1. — *in dicion.*, s. 5, 27, 13, ist Folge der *deditio* und wird § 6 *se—alienae faceret* erklärt, da durch die deditio das Volk, welches dieselbe eingieng, das Recht verlor über irgend etwas, mochte es das ius sacrum oder publicum oder privatum betreffen, zu bestimmen, also seine Souveränität und Selbständigkeit in jeder Beziehung verlor. Capua wird noch 8, 2, 13 als in solchen Verhältnissen zu Rom stehend erwähnt, vgl. jedoch c. 38, 4.

5—6. *in vestibulo*, hier stehen, wie 6, 26, 3, die übrigen Mitglieder der Gesandtschaft und können von da aus, s. 2, 48, 10; 3, 41, 4, während der princeps legationis in der Curie ist, sehen und hören, was in derselben verhandelt wird, daher *manus—tendentes.* — *commoti*, vgl. 6, 26, 3; da mit *tum iam* ein neuer Satz beginnt, ist *sunt* zu denken. — *vice*, durch den Wechsel; anders 1, 25, 6. — *si*, s. 21, 11, 2. — *praepot. op. pop.*, Alliteration. — *luxuria s. c.*, durch beide Fehler waren die Campaner im Alterthume berüchtigt (*clarus* vgl. 8, 27, 6); 23, 5; Cic. leg. ag. 1, 7; 2, 35. — *infractos*, ganz gebrochen, 2, 59, 4. — *potestat. al. f.*, 1, 25, 13; ib. 38, 2, vgl. 44, 31, 13.

7—10. *tum*, als die Dedition erfolgt und von den Römern angenommen war. — *fides*, sie hielten sich für verpflichtet, s. § 1. — *data*

sum senatus amicitiae Samnitium memor, deditionem postremo
9 factam Samnitibus exponerent; peterent pro societate amicitia-
que, ut dediticiis suis parcerent, neque in eum agrum, qui populi
10 Romani factus esset, hostilia arma inferrent; si leniter agendo
parum proficerent, denuntiarent Samnitibus populi Romani se-
natusque verbis, ut Capua urbe Campanoque agro abstinerent.
11 haec legatis agentibus in concilio Samnitium adeo est ferociter
responsum, ut non solum gesturos se esse dicerent id bellum,
sed magistratus eorum e curia egressi stantibus legatis praefe-
12 ctos cohortium vocarent iisque clara voce imperarent, ut prae-
datum in agrum Campanum extemplo proficiscerentur.

32 Hac legatione Romam relata positis omnium aliarum rerum curis patres fetialibus ad res repetendas missis belloque, quia non redderentur, sollemni more indicto decreverunt, ut primo

mand., 3, 19, 7: *hos hostis.* — *memor.*, die zeigte, dass der Senat eingedenk gewesen war, 1, 28, 11, vgl. 9, 29, 11. — *neque*, 2, 32, 10. — *lenit. ag.*, 3, 50, 12. — *populi Rom. sen.*, die Stellung der Worte ist ungewöhnlich, s. 24, 37, 7; Sall. I. 41, 2. Der Senat hat die ganze Verhandlung geleitet und ertheilt jetzt den Auftrag, indem er die Interessen der Gesammtheit vertritt; *populus Rom.* ist also, wie 1, 24, 5, in ideeller Bedeutung als Staat zu nehmen, s. Hermes 3, 262. — *verbis*, 3, 50, 15. — *Camp. agro*, c. 30, 6.

11. *concilio*, die samnitischen Völker, die *Hirpini*, *Caudini*, *Pentri*, *Caraceni*, Ptol. 3, 1, 67 (oder *Carecini*, s. 9, 31, 2; Zon. 8, 7), *Frentani* bildeten einen wahrscheinlich nur locker zusammenhängenden Bundesstaat, vgl. 8, 23, 8, und hatten wie die Latiner, Aequer u. a. Landtage, *concilia*, vgl. 9, 10, 8: *coetum Samnitium*, auf welche die einzelnen Staaten Abgeordnete schickten, s. 8, 39, 10; 12; Nieb. 1, 421 ff.; Mommsen 1, 118. — *magistratus*, die Vorsteher der Bundesversammlung, s. 10, 13, 3 u. 8, 39, 12, wo sie *praetores* genannt werden; obgleich verschieden von dem *imperator*, s. 8, 39, 9, haben sie doch nach u. St. u. 10, 13 die Macht den Heeren ihre Bestimmung anzuweisen. Das Heer der Samniten wäre nach dem Folg. nicht mehr in Campanien sondern in der Nähe des Versammlungsortes. — *praef. coh.*, die spätere römische Bezeichnung der Anführer der Bundestruppen im römisch. Heere; vgl. 3, 69, 8. — *stantibus*, als sie noch da standen, ehe sie weggezogen waren.

32—34. Kriegserklärung an die Samniten; Schlacht am Gaurus.

1. *legatione rel.*, auch das, was die Gesandten gethan und erfahren haben, wird *legatio* genannt, daher *legationem referre*, *renuntiare*. — *positis*=*depositis*, s. 1, 19, 4; 8, 4, 3. — *patres*, diese treffen auch sonst alle Vorbereitungen zum Krieg; aber ungewöhnlich, vielleicht nur ungenau ausgedrückt ist, dass das Volk erst befragt wird, nachdem der Krieg bereits angekündigt (*bello indicto*) ist, da dieses nur *iussu populi* erfolgen konnte, s. 4, 30, 15. — *fetialibus* etc., sie fordern Wiedererstattung des den Campanern zugefügten Schadens, den die Römer jetzt als den ihrigen betrachten, s. c. 6, 7; 16, 2; 8, 22, 8 u. a.

quoque tempore de ea re ad populum ferretur. iussuque populi 2
consules ambo cum duobus exercitibus ab urbe profecti, Valerius
in Campaniam, Cornelius in Samnium, ille ad montem Gaurum,
hic ad Saticulam castra ponunt. priori Valerio Samnitium legio- 3
nes — eo namque omnem belli molem inclinaturam censebant
— occurrunt; simul in Campanos stimulabat ira, tam promptos
nunc ad ferenda nunc ad accersenda adversus se auxilia. ut vero 4
castra Romana viderunt, ferociter pro se quisque signum duces
poscere; adfirmare eadem fortuna Romanum Campano laturum
opem, qua Campanus Sidicino tulerit. Valerius levibus certami- 5
nibus temptandi hostis causa haud ita multos moratus dies si-
gnum pugnae proposuit, paucis suos adhortatus, ne novum bel- 6
lum eos novusque hostis terreret: quidquid ab urbe longius pro-
ferrent arma, magis magisque in inbelles gentes eos prodire. ne 7
Sidicinorum Campanorumque cladibus Samnitium aestimarent
virtutem: qualescumque inter se certaverint, necesse fuisse alte-
ram partem vinci. Campanos quidem haud dubie magis nimio
luxu fluentibus rebus mollitiaque sua quam vi hostium victos
esse. quid autem esse duo prospera in tot saeculis bella Samni- 8
tium adversus tot decora populi Romani, qui triumphos paene
plures quam annos ab urbe condita numeret, qui omnia circa 9

2—3. *Gaurum* in einem Winkel zwischen Cumae und Neapolis, s. c. 33, 18. Ob Valerius absichtlich oder vom Feinde gedrängt sich dahin gezogen habe, wird nicht klar. — *Saticulam* an der Grenze von Campanien und Samnium, s. 23, 14, 13. — *eo*, s. c. 31, 12. — *namq.*, 4, 9, 2; sie glauben, die Römer würden nicht in Samnium einrücken (s. jedoch c. 34, 1), sondern nur Campanien schützen; ein neuer Grund wird in *simul* etc. angegeben. — *accers.*; diese Form findet sich bisweilen bei L., s. 8, 20, 7; 9, 9, 12; mehrfach in der 4. Decade. — *se* auf das bei *ira stim.* zu denkende Object zu beziehen. — *signum d. p.*, s. 35, 33, 9.

6—8. Die Beschaffenheit der Feinde; § 8 die früheren Erfolge der Römer, § 11 die Kriegserfahrung des Anführers lassen den Sieg hoffen. — *quidquid* etc.: so sage ich, s. 1, 28, 5. über *quidquid* s. 8, 39, 5; 21, 54, 8; praef. 7. — *magis mag.*, das allmähliche Wachsen soll bezeichnet werden, nicht ein Gradverhältniss, *eo magis*, vgl. 2, 45, 9; 26, 20, 5; vgl. 8, 39, 5. — *inbelles* passt mehr auf die Griechen in Unteritalien, auf die Apuler, Sallentiner u. a. als auf die Samniten. — *cladib.*, der Massstab der Schätzung steht bei früheren Schriftstellern mit *ex*, *ab*, *secundum*, bei späteren zuweilen im blossen Abl., 34, 49, 7; 22, 8, 4: *non rerum magnitudine — aestimandum*; 7, 10, 6; Tacit. Hist. 4, 73: *bona ac mala non sua natura — aestimantur.* — *alteram*, c. 21, 7 *alteri.* — *fluentibus*, c. 29, 5. — *quidem*, was — anlange, so sei gewiss. — *duo prosp.*, L. kennt nur wenige Momente aus der Geschichte der Samniten, s. c. 29; 4, 37; 44. — *in tot. s.*, im Verlaufe, vgl. 2, 33, 10; 9, 18, 10. — *adver-*

se, Sabinos Etruriam Latinos Hernicos Aequos Volscos Auruncos,
domita armis habeat, qui Gallos tot proeliis caesos postremo in
10 mare ac naves fuga conpulerit? cum gloria belli ac virtute sua
quemque fretos ire in aciem debere, tum etiam intueri, cuius ductu
11 auspicioque ineunda pugna sit, utrum, qui audiendus dumtaxat
magnificus adhortator sit, verbis tantum ferox, operum militarium expers, an qui et ipse tela tractare, procedere ante signa,
12 versari media in mole pugnae sciat. „facta mea, non dicta vos,
milites," inquit „sequi volo, nec disciplinam modo sed exemplum
etiam a me petere. non factionibus [modo] nec per coitiones
usitatas nobilibus, sed hac dextra mihi tres consulatus summam-
13 que laudem peperi. fuit, cum hoc dici poterat „„patricius enim
eras et a liberatoribus patriae ortus et eodem anno familia ista
14 consulatum, quo urbs haec consulem habuit:"" nunc iam nobis

sus, im Vergleiche mit.

9—11. *domita a. h.*, als unterworfene, in dem nach der Unterwerfung eingetretenen u. dauernden Zustande haben, s. c. 39, 1; 38, 28, 10 u. o.; dass jedoch die Völker nicht unterworfen waren, ist in Rücksicht auf einige von L. selbst c. 30, 7 angedeutet, von anderen zeigt es die Geschichte der folgenden Zeit. — *Gallos*, Uebertreibung des c. 26, 9 Erzählten. — *in mare a. n.*, 22, 19, 7. — *cum gloria*: schon in Rücksicht auf die eben erwähnten Siege — noch mehr aber. — *audiend.* mit Nachdruck vorangestellt; der nur verdiene gehört zu werden, wenn er glänzende Reden halte, vgl. 6, 37, 11. Zur Sache vgl. 45, 39, 16; Sall. I. 85, 10 ff.; Tac. H. 4, 76: *verba et contiones quam ferrum et arma meditantis.* — *magnificus*, s. c. 30, 6; 9, 41, 9. — *adhort.* 9, 13, 2. *et ipse*, wie er von Anderen fordert.

12. *inquit*, 3, 19, 12. — *disciplinam*, in Bezug auf *audiendus*, Unterweisung, Theorie, Reden über die Kriegführung, Sall. I. 85, 12 f. — *exemplum*, Curt. 4, 55, 26: *nec recuso, quominus imitemini me sive fortitudinis exemplum sive ignaviae fuero.* — *faction. modo* etc., *modo* ist wahrscheinlich aus der vorhergehenden Zeile wiederholt. Die *factiones* (ἑταιρίαι), s. 1, 17, 1; 2, 27, 3, sowol als die *coitiones*, s. 3, 35, 9, sind zwar in späterer Zeit gewöhnliche Verbindungen der Candidaten um Andere nicht zu einem Amte kommen zu lassen, aber sie werden schon bei dem c. 15, 12 erwähnten Gesetze vorausgesetzt und 9, 26 bereits gerichtlich verfolgt, s. Lange 2, 32; 66. Ueber den Wechsel *faction.* — *per coit.* s. 2, 24, 5: *per metum* — *voluntate*; 39, 8, 8 u. a.

13—14. Aufforderung zur Tapferkeit, die zu den höchsten Ehrenstellen führen kann. — *fuit*, die Zeit ist vorüber. — *poterat*, s. ad Herenn. 4, 26, 36, gewöhnlicher ist nach *fuit* (est) *cum* der Conjunctiv; aber *poterat* kann bedeuten: es hätte — können. — *patric. enim*, du konntest das leicht erreichen, denn; ja du warst auch u. s. w. — *a liberat.* etc., steigernd; über *a* s. 3, 61, 2. — *et* — *habuit*, dadurch wurde die Erlangung des Consulates noch mehr erleichtert, s. Sall. I. 63, 6: *consulatum nobilitas inter se per manus tradebat.* — *nunc iam* im Gegensatz zu *fuit*: der Grund gilt nicht mehr, denn jetzt ist es bereits dahin ge-

patribus vobisque plebei promiscuus consulatus patet, nec generis, ut ante, sed virtutis est praemium. proinde summum quodque spectate, milites, decus. non, si mihi novum hoc Corvini cognomen diis auctoribus homines dedistis, Publicolarum vetustum familiae nostrae cognomen memoria excessit; semper ego plebem Romanam militiae domique, privatus in magistratibus parvis magnisque, aeque tribunus ac consul, eodem tenore per omnes deinceps consulatus colo atque colui. nunc, quod instat, diis bene iuvantibus novum atque integrum de Samnitibus triumphum mecum petite." Non alias militi familiarior dux fuit omnia inter infimos militum haud gravate munia obeundo. in ludo praeterea militari, cum velocitatis viriumque inter se aequales certamina ineunt, comiter facilis; vincere ac vinci vultu eodem, nec quemquam aspernari parem, qui se offerret; factis benignus pro re, dictis haud minus libertatis alienae quam suae dignitatis memor, et, quo nihil popularius est, quibus artibus petierat magistratus, isdem gerebat. itaque universus exercitus incredibili alacritate adhortationem prosecutus ducis castris egreditur.

kommen, dass, 5, 17, 7. — *plebei*, Dativ, 22, 25, 10, vgl. 4, 1, 1. — *summum q.*, das Consulat.

15—17. *non*, s. 5, 51, 1. — *Corvini*, obgleich der Zuname *Corvus* war, findet sich doch auch diese abgeleitete Form nicht selten, s. Dion. 15, 2; Gell. 9, 11; Val. Max. 3, 2, 6 u. a., vgl. 5, 1, 2 *Mamercus*. — *militiae* ist viell. vorangestellt, weil Soldaten angeredet werden; Terent. Ad. 3, 4, 49: *una semper militiae et domi fuimus*, gewöhnlich *domi militiaeque*. — *magist. parv.*, es konnte nur das Militärtribunat gemeint sein, s. c. 5, 9: *aeque tribunus*; c. 40, 9, vgl. zu 9, 30, 3., da die später so genannten magistratus minores damals noch nicht bestanden. — *deinceps*, attributiv. — *colo a. c.*, das Präsens bezeichnet das *colere* als bleibenden, charakteristischen Zug, das Perfect giebt dazu eine Bestätigung aus der Vergangenheit, es ist also kein hysteron proteron; zur Sache vgl. c. 40, 8—10. — *novum*, weil er über einen neuen Feind, *integrum*, wie er noch von Niemand erlangt ist.

33. 1—4. *non alias*, fast gleich *numquam*, s. 45, 7, 2: *non alias — tanta multitudo occurrit*, s. 3, 69, 1. — *munia*, Lager- und Wachdienste u. s. w. — *ludo*, zum Vergnügen angestellte Uebungen und Wettkämpfe, verschieden von den eigentlichen Exercierübungen, *decursio*, *ambulatio*, vgl. was Plin. Paneg. 13. über Traian sagt. — *aequales*, 21, 4, 8. — *comiter* herablassend, freundlich; *facilis*, so dass er nichts vor Anderen voraus haben wollte, entgegenkommend; vgl. c. 10, 5: *stolide laetum*. — *parem*, einen Gegner. — *factis b. p. re*, in seinem Thun gütig, mittheilend nach Massgabe der Umstände oder Mittel, Caes. 5, 8; Sall. I. 50, 2. — *dignitat. m.*, Tac. H. 5, 1: *comitate et adloquiis officia provocans, ac plerumque in — agmine gregario milite mixtus, incorrupto ducis honore*. — *isdem art.*, in demselben Geiste, Sall. C. 2, 4; I. 85, 1. — *prosecut.* schliesst sich an c. 32, 17 an.

5 Proelium, ut quod maxime umquam, pari spe utrimque, aequis viribus, cum fiducia sui sine contemptu hostium commis-
6 sum est. Samnitibus ferociam augebant novae res gestae et paucos ante dies geminata victoria, Romanis contra quadringentorum annorum decora et conditae urbi aequalis victoria; utrisque ta-
7 men novus hostis curam addebat: pugna indicio fuit, quos gesserint animos: namque ita conflixerunt, ut aliquamdiu in neu-
8 tram partem inclinarent acies. tum consul trepidationem iniciendam ratus, quando vi pelli non poterant, equitibus inmissis tur-
9 bare prima signa hostium conatur. quos ubi nequiquam tumultuantes in spatio exiguo volvere turmas vidit nec posse aperire in hostes viam, revectus ad antesignanos legionum cum desiluis-
10 set ex equo, „nostrum" inquit „peditum illud, milites, est opus: agitedum, ut me videritis, quacumque incessero in aciem hostium, ferro viam facientem, sic pro se quisque obvios sternite; illa omnia, qua nunc erectae micant hastae, patefacta strage vasta
11 cernetis." haec dicta dederat, cum equites consulis iussu discurrunt in cornua legionibusque in mediam aciem aperiunt viam. primus omnium consul invadit hostem et, cum quo forte contu-
12 lit gradum, obtruncat. hoc spectaculo accensi dextra laevaque ante se quisque memorandum proelium ciet: stant obnixi Sam-
13 nites, quamquam plura accipiunt quam inferunt vulnera. ali-

5—8. *ut quod m. u.*, 5, 25, 9; 23, 49, 12; Cic. Phil. 9, extr. — *aequis*, von gleichartiger Beschaffenheit; *pari* gleich gross, stark. — *ferociam* etc. es entsprechen sich je zwei Glieder. — *aequal. victor.*, eine dem Alter der Stadt gleiche Siegeslaufbahn; *victor.* nachdrücklich wiederholt. — *paucos a. d.*, s. 3, 13, 1, ist nicht zu urgiren, da die Verhandlungen mit Capua, die Gesandtschaft c. 31, 8, die rerum repetitio c. 32, 1, auf welche die Kriegserklärung erst in 33 Tagen erfolgte, der Marsch nach Capua längere Zeit in Anspruch nahm, vgl. c. 31, 12. — *gesser.*, statt *gessissent*, hat L. auf seine Zeit bezogen, indem er bei *ind. fuit* denkt *et indicat*, Cic. Fam. 14, 7, 1; Or. 41, 141; Tac. H. 3, 84, vgl. zu 34, 6, 10. — *aliquamdiu* etc., wahrscheinlich denkt L. wie 6, 32, 8 einen Angriff der Legionen selbst (nicht wie 30, 34, 14 der Leichtbewaffneten); dann der Reiterei durch die intervalla der Manipel; s. 10, 5, 6. — *antesign.*, die hastati und principes, s. 8, 8; 4, 37, 11.

9—10. *spatio ex.*, zwischen beiden Heeren. — *tumult.* — *volvere*, mit leerem Getümmel sich herumtreiben. — *revectus*, er hat selbst den Reiterangriff geleitet. — *nostr.* — *ped.*, c. 40, 9. — *omnia*, wegen *illa* local zu nehmen: der ganze Raum wo, s. 27, 39, 7; 10, 5, 6: *intervalla* — *qua*, 21, 47, 5: *vada*, *qua*. — *erectae m. h.* sollte man nicht erwarten, da sie noch mit den Reitern im Kampfe sind.

11—14. *dicta d.*, 3, 61, 4. Verg. Aen. 2, 790: *haec ubi dicta dedit.* — *consulis* nachdrücklich statt *eius*. — *cornua*, der Römer. — *cum quo*, s. 1, 1, 3: *Troia.* — *cont. grad.*, wie *pedem conferre*, s. 6, 12, 10 u. a. —

quamdiu iam pugnatum erat, atrox caedes circa signa Samnitium,
fuga ab nulladum parte erat: adeo morte sola vinci destinaverant
animis. itaque Romani, cum et fluere iam lassitudine vires sen- 14
tirent et diei haud multum superesse, accensi ira concitant se in
hostem. tum primum referri pedem atque inclinari rem in fu- 15
gam apparuit; tum capi, occidi Samnis; nec superfuissent multi,
ni nox victoriam magis quam proelium diremisset. et Romani 16
fatebantur numquam cum pertinaciore hoste conflictum, et Sam-
nites, cum quaereretur, quaenam prima causa tam obstinatos
movisset in fugam, oculos sibi Romanorum ardere visos aiebant 17
vesanosque vultus et furentia ora; inde plus quam ex alia ulla re
terroris ortum. quem terrorem non pugnae solum eventu sed
nocturna profectione confessi sunt. postero die vacuis hostium 18
castris Romanus potitur, quo se omnis Campanorum multitudo
gratulabunda effudit.

Ceterum hoc gaudium magna prope clade in Samnio foeda- 34
tum est. nam ab Saticula profectus Cornelius consul exercitum
incaute in saltum cava valle pervium circaque insessum ab ho-
ste induxit, nec prius, quam recipi tuto signa non poterant, inmi- 2
nentem capiti hostem vidit. dum id morae Samnitibus est, quoad 3
totum in vallem infimam demitteret agmen, P. Decius tribunus

circa s., wie 8, 11, 7: *et ante signa et post signa.* — *nulladum*, 3, 50, 16. — *destinav. an.*, sie hatten aus eigenem Antriebe den festen Entschluss gefasst, s. 23, 29, 7; über den acc. c. inf. s. 24, 2, 1. — *fluere*, c. 29, 5; 10, 28, 4. — *accensi ira* über den langen Widerstand, und weil sie den Kampf vor Anbruch der Nacht vollenden wollen, vgl. 24, 16, 1

16—18. *ardere*, s. 6, 13, 2. — *vultus—ora* n. *esse*, 21, 4, 2; Doederlein Syn. 5, 87. — *movisset in f.*, s. 8, 2, 6; das einfache *movere* wäre nur: zum Weichen bringen. — *quo*, und in dieses u. s. w. L. setzt, wie *effudit* zeigt, voraus, dass die Schlacht in der Nähe von Capua geliefert worden sei, obgleich dieses von dem Gaurus gegen 3 deutsche Meilen entfernt ist, doch vgl. c. 29, 4; Nieb. 1, 429.

34—38. 5. Decius Mus, die Schlacht bei Suessula und deren Folgen. Appian Samn. 1; Front. Strat. 1, 5, 14; 4, 5, 9; Aur. Vict. 26.

1. *foed. est*, 2, 10, 2. — *ab Satic.*, s. c. 32, 2, das Heer scheint nach Beneventum zu in Samnium eingerückt und in der Nähe der Caudinischen Pässe eingeschlossen worden zu sein. Die Oertlichkeit und Stellung der Heere ist nicht ganz klar, da es L. nur darauf ankommt die Grossthat des Decius, welche der des Kriegstribuns Q. Caedicius, die Cato nach Gell. 3, 7 aus der Zeit des ersten punischen Kriegs erzählt, sehr ähnlich ist, zu schildern. — *saltum*, wahrscheinlich am mons Taburnus. — *ab hoste*, die Samniten scheinen dieses zweite Heer zum Schutze der Grenze gegen Latium aufgestellt zu haben.

3—5. *demitteret*, der Consul, der über eine Höhe in das Thal (*infima*

militum conspicit unum editum in saltu collem, inminentem hostium castris, aditu arduum inpedito agmini, expeditis haud dif-
4 ficilem. itaque consuli territo animi „videsne tu“ inquit, „A. Corneli, cacumen illud supra hostem? arx illa est spei salutisque nostrae, si eam, quoniam caeci reliquere Samnites, inpigre capi-
5 mus. ne tu mihi plus quam unius legionis principes hastatosque dederis; cum quibus ubi evasero in summum, perge hinc omni liber metu, teque et exercitum serva: neque enim moveri hostis,
6 subiectus nobis ad omnes ictus, sine sua pernicie poterit. nos deinde aut fortuna populi Romani aut nostra virtus expediet.“
7 conlaudatus ab consule accepto praesidio vadit occultus per saltum; nec prius ab hoste est visus quam loco, quem petebat, ad-
8 propinquavit. inde admiratione paventibus cunctis cum omnium in se vertisset oculos, et spatium consuli dedit ad subducendum agmen in aequiorem locum et ipse in summo constitit vertice.
9 Samnites, dum huc illuc signa vertunt, utriusque rei amissa occasione neque insequi consulem nisi per eandem vallem, in qua paulo ante subiectum eum telis suis habuerant, possunt nec eri-
10 gere agmen in captum super se ab Decio tumulum. sed cum ira in hos magis, qui fortunam gerendae rei eripuerant, tum pro-
11 pinquitas loci atque ipsa paucitas incitat; et nunc circumdare un-

vallis) einrückt. — *unum*, vorangestellt, hebt den Begriff: den einen hervorragenden. — *in saltu*, die Höhe ist also in dem Passe selbst zu denken, so dass die Feinde, wenn sie von den Bergwänden, die sie besetzt hatten, in das Thal zogen, den Angriffen der diese Höhe Beherrschenden ebenso ausgesetzt waren wie jetzt der Consul den ihrigen, um so mehr, als der Punkt über das Lager der Feinde hervorragt, § 4: *supra hostem; inminentem*; vgl. c. 36, 13. — *animi*, s. c. 30, 22; Sall. Hist. IV, 46 (49): *exterritos animi*. — *cacum.*, Gell. l. l. *verrucam*. — *arx*, 6, 37, 10. — *capimus*, 2, 45, 13. — *ne — dederis* vgl. 9, 9, 9. — *unius* etc., in der späteren Legion etwa 2400 Mann, s. 8, 8; bei Gell. *quadringenti*. — *subiectus a. i.*, vgl. 5, 54, 4: *expositum*, und c. 24, 9.

7 Samnio exercitus aut utriusque aut certe alterius; optimum visum, quo magis fractae res Samnitium essent, eo pertinacius et infestius agere cetera et persequi, ut perdomitum Samnium in-
8 sequentibus consulibus tradi posset: quando iam nullus esset hostium exercitus, qui signis conlatis dimicaturus videretur, unum superesse belli genus, urbium oppugnationes, quarum per excidia militem locupletare praeda et hostem pro aris ac focis
9 dimicantem conficere possent. itaque litteris missis ad senatum populumque Romanum de rebus ab se gestis diversi Papirius ad Saepinum, Carvilius ad Veliam oppugnandam legiones ducunt.

45 Litterae consulum ingenti laetitia et in curia et in contione auditae, et quadridui supplicatione publicum gaudium privatis

einem Manipel angehört haben, ist nicht gesagt, vgl. 8, 8, 4. — *armillis* 1, 11, 8; Paul. Diac. p. 25: *armillas ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerunt, dictas esse existimant, quod antiqui humeros cum brachiis armos dicebant.* — *coronis*, vgl. c. 46, 3; anderer Art sind die 7, 37 erwähnten. — *fecit*, nicht *fecerat*, ist neben *terruerat* — *ceperant* gesagt, weil erst jetzt diese That des Papirius berichtet wird, 9, 46, 11; 2, 1, 2: *regnarunt* 23, 29, 16: *ea pugna — adiunxit, Hasdrubalique—spem reliquerat.* — *fug. infestam*, c. 43, 13, wie *agmen infestum*, 21, 33, 6 u. a. — *centur. mil.*, nur die § 3 genannten, aber die Ritter alle. — *corniculis*, kommt sonst als militärische Auszeichnung bei den Römern nicht vor; man hält es für eine Art Helmschmuck, vgl. Plin. 10, 43, 124.

6—9. *cum iam* etc., da sie jetzt hätten abziehen können, wird ein Kriegsrath gehalten darüber, ob dieses geschehen, oder der Krieg fortgeführt werden solle. Will man *cum—alterius* zum Folg. ziehen, so muss *cum* concessiv genommen werden. — *ab Samnio*, ungewöhnlich statt *ex S.* c. 37, 7; vgl. 45, 13, 9. — *infestius* etc. und dann *excidia* wie im Anfange des Krieges c. 14 f. — *signis coll.*, aber in den Städten und Castellen waren noch viele Feinde, c. 39, 4. — *dimicat.*, in der Verfassung, dass es — könne, vgl. c. 45, 10; 12. — *aris ac f.*, 5, 30, 1. — *pop. Rom.*, obgleich die Berichte zunächst an die Magistrate u. den Senat gerichtet waren, s. c. 45, 1; 22, 56 u. a. — *Saepinum*, nicht weit östlich von Bovianum. — *Veliam*, der Name ist nicht sicher; das bekannte Velia an der Westküste Lucaniens kann nicht gemeint sein. — *ducunt*, c. 27, 8.

45. 1—3. *et in cont.*, s. 27, 50, 11: *in senatu primum deinde in contione literae recitatae sunt*; 33, 24, 4. — *supplicatione*, c. 21, 6. — *privat. st.*, die eifrige Theilnahme der Einzelnen in Bezug auf Opfer,

studiis celebratum est. nec populo Romano magna solum sed 2
peropportuna etiam ea victoria fuit, quia per idem forte tempus
rebellasse Etruscos adlatum est. subibat cogitatio animum, quo- 3
nam modo tolerabilis futura Etruria fuisset, si quid in Samnio
adversi evenisset, quae coniuratione Samnitium erecta, quoniam
ambo consules omnisque Romana vis aversa in Samnium esset,
occupationem populi Romani pro occasione rebellandi habuisset.
legationes sociorum, a M. Atilio praetore in senatum introductae, 4
querebantur uri ac vastari agros a finitimis Etruscis, quod desci-
scere a populo Romano nollent, obtestabanturque patres conscrip- 5
tos, ut se a vi atque iniuria communium hostium tutarentur.
responsum legatis curae senatui futurum, ne socios fidei suae
paeniteret; Etruscorum prope diem eandem fortunam quam Sam-
nitium fore. segnius tamen, quod ad Etruriam adtinebat, acta 6
res esset, ni Faliscos quoque, qui per multos annos in amicitia
fuerant, adlatum foret arma Etruscis iunxisse. huius propinqui- 7
tas populi acuit curam patribus, ut fetiales mittendos ad res re-
petendas censerent. quibus non redditis ex auctoritate patrum
iussu populi bellum Faliscis indictum est, iussique consules sor- 8
tiri, uter ex Samnio in Etruriam cum exercitu transiret. iam Car-
vilius Veliam et Palumbinum et Herculaneum ex Samnitibus ce-
perat, Veliam intra paucos dies, Palumbinum eodem, quo ad mu- 9
ros accessit. ad Herculaneum etiam signis conlatis ancipiti proelio 10
et cum maiore sua quam hostium iactura dimicavit; castris deinde
positis moenibus hostem inclusit: oppugnatum oppidum cap-
tumque. in his tribus urbibus capta aut caesa ad x milia homi- 11

Gebete, Festmahle in den Privatwohnungen, s. 5, 13; 27, 51, 9. — *nec — magna* sind durch die Stellung gehoben. — *rebellasse*, um sich wieder mit den Samniten zu vereinigen, worauf § 3: *erecta* hindeutet. Aus der Theilnahme der Falisker § 6 kann man schliessen, dass es nicht die nördlichen Staaten, s. c. 37, 4, sondern die an der röm. Grenze (nach Nieb. 3, 475 auch Vulsinii, s. Periocha 11) gewesen seien. — *quonam modo* etc., übertreibend, s. c. 21; 9, 19, 3. — *futura fuisset*, wegen des Präteritum *subibat*, sonst würde es *futura fuerit* heissen, s. 28, 24, 2: *adparuit, quantam excitatura molem—fuisset*, s. c. 46, 6: *potuisset*; 36, 5, 6 u. a. — *coniurat.*, Verbindung zum Kriege, 6, 2, 2 u. a.

4—11. *sociorum*, wahrscheinlich wie 9, 32, 1. — *praetore*, als Stellvertreter der Consuln. — *introductae*, der regelmässige Ausdruck für die Einführung fremder Gesandten in den Senat. — *tutar.*, weil sie, Rom unterworfen, selbst die Waffen nicht führen dürfen. — *Faliscos*, diese haben bis jetzt, s. c. 12; 7, 22, 5, an den Bewegungen in Etrurien keinen Antheil genommen; Nieb. 3, 323. — *Palumbin.* ist so unbekannt als Velia und Herculaneum. Der Muth der Samniten ist nach dem Folg. noch keineswegs

num, ita ut parvo admodum plures caperentur. sortientibus pro-
vincias consulibus Etruria Carvilio evenit secundum vota militum,
12 qui vim frigoris iam in Samnio non patiebantur. Papirio ad Sae-
pinum maior vis hostium restitit. saepe in acie, saepe in agmine,
saepe circa ipsam urbem adversus eruptiones hostium pugna-
tum. nec obsidio sed bellum ex aequo erat: non enim muris ma-
13 gis se Samnites quam armis ac viris moenia tutabantur. tandem
pugnando in obsidionem iustam coegit hostes, obsidendoque vi
14 atque operibus urbem expugnavit. itaque ab ira plus caedis edi-
tum capta urbe: VII milia CCCC caesi, capta minus III milia ho-
minum. praeda, quae plurima fuit congestis Samnitium rebus in
46 urbes paucas, militi concessa est. Nives iam omnia oppleverant,
nec durari extra tecta poterat: itaque consul exercitum de Samnio
2 deduxit. venienti Romam triumphus omnium consensu est dela-
tus. triumphavit in magistratu insigni, ut illorum temporum ha-
3 bitus erat, triumpho. pedites equitesque insignes donis transiere
ac transvecti sunt; multae civicae coronae vallaresque ac murales

gebrochen. — *parva adm.*, gar wenig mehr; sonst kommt *parvo* in diesem Sinne bei früheren Schriftstellern nicht vor, Plin. H. N. 2, 67, 168: *parvo brevius*. — *plures* n. als getödtet waren. — *vim fr.*, in den rauhen Gebirgen, namentlich auf dem M. Matese, tritt der Winter früher ein. — *patiebant.*, konnten ertragen; indess bleibt das Heer des Papirius noch länger in Samnium, c. 46, 1.

12—14. *ad Saep.* knüpft an c. 44, 9 an. — *maior vis*, doch wird nicht wie von Carvilius *ancipiti proelio* gekämpft. — *in acie*, in Schlachtordnung gestellt, 5, 41, 4. — *in agmine*, auf dem Marsche, ehe sie vor die Stadt kommen, 23, 27, 2; 40, 39, 7, vgl. 29, 36, 4: *in ipso itinere — conflixit*. — *bellum e. a.*, ein eigentlicher Krieg, wo beide Theile gleiche Vortheile und Nachtheile haben, weil die Mauern den Feinden nicht wie gewöhnlich Schutz gewährten, sondern von ihnen geschützt wurden, vgl. im Folg. *iusta*. — *ex aequo*, attributiv, s. 27, 2, 3: *luctu — ex praeterito*, 23, 7, 10 u. a., vgl. 7, 30, 2. — *muris? — moen.*, c. 17, 7; 22, 60, 23, chiastisch, das Vorhergeh.: *saepe* etc. anaphorisch. — *obsid. vi* etc., durch regelmässige Belagerung, dann durch Sturm, der durch Belagerungswerke vorbereitet und unterstützt wird. — *paucas*, weil die Samniten *vicatim* wohnten, s. c. 17, 2.

46. 1—3. *consensu*, s. 8, 13, 9. — *triumph.* — *delatus*, die Andeutung, dass Papir. ohne darum nachzusuchen den Triumph erhalten habe, s. 3, 29, 4; 2, 47, 10, liegt nicht nothwendig in dem Worte. — *triumphav.* — *triumpho*, 2, 58, 5; 25, 18, 15: *donis donatus* u. a. Nach den Triumphalfasten *an. CDLX. de Samnitibus Id. Febr.* — *in magist.*, ist, obgleich damals das Gewöhnliche, s. Momms. Chronol. 84, von L. nur selten bemerkt, s. 8, 26, 7. — *donis*, c. 44, 3; sie werden zum Theil im Folg. erwähnt. — *transvecti*, die Ritter, 9, 46, 15. — *civicae*, 6, 20, 7. — *vallares*, sonst *castrenses*, s. Gell. 5, 6, 17: *castrensis est corona, qua donat imperator eum, qui primus hostium castra introivit; ea corona insigne valli habet.*

conspectae; inspectata spolia Samnitium, et decore ac pulchritudine paternis spoliis, quae nota frequenti publicorum ornatu locorum erant, conparabantur; nobiles aliquot captivi clari suis patrumque factis ducti; aeris gravis travecta viciens centum milia et DXXXIII milia — id aes redactum ex captivis dicebatur —, argenti, quod captum ex urbibus erat, pondo MDCCCXXX. omne aes argentumque in aerarium conditum, militibus nihil datum ex praeda est. auctaque ea invidia est ad plebem, quod tributum etiam in stipendium militum conlatum est, cum, si spreta gloria fuisset captivae pecuniae in aerarium inlatae, et militi munus dari ex praeda et stipendium militare praestari potuisset. aedem Quirini dedicavit; quam in ipsa dimicatione votam apud neminem ve-

4—5. *inspect.* n. *sunt*, absichtlich neben *conspectae* gestellt: genau betrachtet. — *frequenti—locorum*, die gleichartigen Redetheile sind wie oft, zusammengestellt. — *et—compar.*, und wurden dann u. s. w., s. c. 30, 9: *aequata.*—*ducti*, 3, 28, 10. — *aeris gr.*, 4, 41, 10; Kupfergeld war in einem Theile von Samnium gebräuchlich, doch ist es hier von denen gegeben, welche die Gefangenen gekauft haben. Das Silber kann Silbergeschirr oder Silbergeld, welches aus den griechischen Städten, aus Lucanien und Campanien nach Samnium kam, gewesen sein, Mommsen Gesch. d. r. Münzw. 119. — *centum*, sonst auch *centena*. Die Wiederholung von *milia* ist regelmässig, nicht aber die Verbindung *et quingenta* st. *viciens quinquiens c. m.*, wahrscheinlich war ursprünglich nur [XXV] XXXIII geschrieben, s. Marquardt 3, 2, 32, woraus bei der Auflösung in den Hdss. *vic. cent. mil. et DXXXIII* entstanden ist. — *condit.*, verborgen, vergraben. — *ex urbibus*, nach c. 44, 8; 45, 14 wäre die Beute den Soldaten überlassen worden, vgl. jedoch 9, 37, 10.

6. *aucta*, weil sich der Unwille darüber (*ea*), dass die Soldaten von der reichen Beute nichts erhielten, voraussetzen liess; Lange 2, 93. — *tributum* etc., eine aus Ruhmsucht (*gloria* etc.) hervorgegangene Verletzung der Einrichtung, nach welcher die Staatscasse den Sold zu tragen hatte, 4, 58 f., also zunächst die Beute dazu hätte verwendet werden sollen. — *inlatae*, gebracht zu haben. — *captivae*, 1, 53, 3; 21, 33, 11. — *munus*, s. § 15, od. *donum*, *donativum* scheint in dem hds. *tum*, welches ohne Beziehung sein würde, verdorben. — *stipendium*; aus den erbeuteten Summen würde sich nach Mommsen die Tribus 43, vgl. Gesch. d. Münzw. 292, ergeben, dass damals der Sold etwa 240 Libralas betrug, Marq. 3, 2, 75. — *praestari* = *praeberi*, 2, 18, 11; 5, 32, 5, gewöhnlich von der Staatscasse gebraucht, nicht = *dari*, weshalb, obgleich sonst die Feldherrn den Sold nach geendigtem Feldzuge auszahlen, die hdschr. Lesart *praestare* nicht statt haben kann. — *cum—potuisset*, wie 4, 58, 3: *ut, cum—sucurri, si maturatum esset, potuisset, — venerit*; 31, 42, 7, da von *posse* die entsprechende Form der conjugat. periphr. nicht gebildet werden kann, während sonst das plusquamperf. in dem bedingten Satze selten ist, s. 2, 33, 9; Cic. Sest. 29, 63; *potuerit*, s. zu 31, 38, 5, scheint nicht gewählt, weil ein Urtheil aus der Vergangenheit vorausgesetzt wird: *indignabantur, quod collatum esset, cum*, vgl. zu c. 45, 3.

7—9. *Quirini*, auf dem Quirinalis

terem auctorem invenio, neque hercule tam exiguo tempore perficere potuisset: ab dictatore patre votam filius consul dedicavit exor-
8 navitque hostium spoliis; quorum tanta multitudo fuit, ut non templum tantum forumque iis ornaretur, sed sociis etiam colonisque finitumis ad templorum locorumque publicorum ornatum
9 dividerentur. ab triumpho exercitum in agrum Vescinum, quia regio ea infesta ab Samnitibus erat, hibernatum duxit.

10 Inter haec Carvilius consul in Etruria Troilum primum oppugnare adortus CCCCLXX ditissimos, pecunia grandi pactos, ut
11 abire inde liceret, dimisit, ceteram multitudinem oppidumque ipsum vi cepit. inde quinque castella locis sita munitis expugna-
12 vit. caesa ibi hostium II milia CCCC, minus II milia capti. et Faliscis pacem petentibus annuas indutias dedit, pactus C milia gra-
13 vis aeris et stipendium eius anni militibus. his rebus actis ad triumphum decessit, ut minus clarum de Samnitibus quam col-
14 legae triumphus fuerat, ita cumulo Etrusci belli aequatum. aeris gravis tulit in aerarium CCCLXXX milia; reliquo aere aedem Fortis Fortunae de manubiis faciendam locavit prope aedem eius deae

wo nach 4, 21 schon ein Tempel des Quirinus stand, der jetzt vielleicht wieder hergestellt worden ist, vgl. Plin. 7, 60, 213: *princeps Romanis solarium horologium statuisse ante XI annos quam cum Pyrro bellatum est ad aedem Quirini L. Papirius, Cursor, cum eam dedicaret a patre suo votam*, — *proditur*, vgl. Becker 1, 570; der Tag der Dedication war der 29. Iun. CIL. 395.— *tam exig.*, während des Feldzuges. — *dedicavit* scheint wiederholt, weil L. der Gedanke vorschwebte: vielmehr hat er ihn geweiht, da u. s. w.; zur Sache s. 29, 11, 13; Marq. 4, 224.— *forumq.* etc., 9, 40, 16. — *sociis e.* etc., was hier beiläufig erwähnt wird, war wahrscheinlich wenigstens in Bezug auf die Campaner gewöhnlich, 9, 40, 17, Lange 2, 110; 79. — *colonis* wie c. 21, 9. — *ab tr.*, sogleich nach, s. c. 31, 3. — *Vescinum*, wie c. 20; 31. — *infesta ab*, 6, 5, 3; vgl. 7, 25, 4: *mare infestum classibus* — — *erat.* — *hibernat.*, 7, 38, 4.

10—14. *Troilum*, es ist zweifelhaft, ob es die sonst Trossulum genannte Stadt gewesen sei, Dennis S. 347. — *caesa* — *capti*, c. 45, 14. — *centum m.*, also mehr als die reichen Städte, c. 37, 5. — *indutias*, s. 9, 5, 1. — *triumphum, an. CDLX. de Samnitibus Idib. Ian.*, also vor dem § 2 erwähnten. — *reliquo ae.*, ist im Allgemeinen das Geld, womit die beiden folg. Ausgaben bestritten werden *de manubii* und *ex*; *praeda* sind, wenn auch grammatisch nicht genau, zur näheren Bestimmung, woher das Einzelne genommen worden sei, hinzugefügt. — *Fortis Fort.*, Donat. *Fortuna dicta est incerta res, Fors Fortuna eventus fortunae bonus.* Der Tempel stand trans Tiberim; den des Servius hat L. nicht erwähnt, 1, 42, 3; Becker 1, 479; CIL. 395. Wie wenig es L. um Vollständigkeit zu thun war, zeigt Plin. 34, 7, 43: *fecit et Sp. Carvilius Iovem, qui est in Capitolio, victis Samnitibus sacrata lege pugnantibus, e pectoralibus* (s. 9, 40, 3) *eorum ocreisque et galeis; amplitudo tanta est, ut conspiciatur a Latiari Iove.* — *manubiis*, 1, 55, 7, das aus dem Ver-

ab rege Servio Tullio dedicatam; et militibus ex praeda centenos 15
binos asses et alterum tantum centurionibus atque equitibus, malignitate collegae gratius accipientibus munus, divisit. favor con- 16
sulis tutatus ad populum est L. Postumium legatum eius, qui dicta die a M. Scantio tribuno plebis fugerat in legatione, ut fama ferebat, populi iudicium; iactarique magis quam peragi accusatio eius poterat.

Exacto iam anno novi tribuni plebis magistratum inierant, 47
hisque ipsis, quia vitio creati erant, quinque post dies alii suffecti. — Lustrum conditum eo anno est a P. Cornelio Arvina C. 2
Marcio Rutilo censoribus; censa capitum milia CCLXII. CCCXXI. censores vicesimi sexti a primis censoribus, lustrum unde vicesi-

kauf der Beute gelöste Geld, von dem die Feldherrn einen Theil bekamen, s. 23, 11, 3, welchen sie bisweilen auf Erbauung von Tempeln, die Verschönerung der Stadt u. s. w. verwendeten, s. Cic. leg. agr. 2, 23; *si est aequum praedam ac manubias suas imperatores non in monumenta deorum immortalium neque in urbis ornamenta conferre*; L. 33, 27, 4.

15—16. *alterum tant.*, 1, 36, 7. — *centur. a. eq.*, ebenso bekommen die beiden genannten Classen gleichen Antheil, 33, 23, 7: *duplex*; ib. 37, 12: *triplex*, vgl. 4, 34, 4; in der Regel erhält der Centurio das Doppelte, der Ritter das Dreifache des gemeinen Soldaten, in demselben Verhältnisse wie den Sold; vgl. 34, 52, 11; 37, 59, 6 u. a. — *malignitate*, 5, 22, 1. — *dicta d.*, c. 13, 14, wegen des ungesetzlichen Verfahrens während seiner Amtsführung, c. 37; Rein Criminalr. 601. — *in legat.*, indem er in der Stelle als Legat, die er sich vom Senate wol mit Zustimmung des Volumnius übertragen liess, s. 37, 1, 9; Cic. De imp. Pomp. 19, 57, bis an das Ende des Feldzuges blieb; viell. ist *in* zu tilgen: durch die Uebernahme der Stelle als Legat. — *iactari.* 1, 50, 2. — *peragi* — *pot.*, nach c. 47, 1 scheint Scantius zur Zeit des Triumphes, den Iden des Ian., nicht mehr im Amte gewesen zu sein; die Klage müsste also vor dem 10. Dcbr. des vorherg. Jahres von ihm erhoben, von einem seiner Nachfolger wieder aufgenommen, aber in Folge der Verwendung des Volumnius aufgegeben worden sein.

47. Verschiedene Nachrichten.

1. *iam* scheint sich auf die ebenberührte Anklage des Postumius zu beziehen: des Jahr (es ist wol das Amtsjahr der Volkstribunen) war damals bereits abgelaufen. — *hisq, ipsis*, gerade die, welche so eben das Amt angetreten hatten, im Gegensatze zu *alii*. — *vitio creat.*, ob die plebejischen Magistrate, wenn auch nicht von Anfang an, unter ähnlichen Auspicien wie die übrigen gewählt worden sind, und von welcher Zeit an dieses geschehen sei, lässt sich nicht bestimmen, Mommsen Forsch. 1, 198; Lange 2, 411, vgl. L. 40, 42, 10. — *quinque p. d.*, der Antrittstermin der Tribunen ist durch diese Unregelmässigkeit nicht wie der anderer Magistrate verändert worden, sondern immer der 10. December geblieben.

2. *milia* etc., vgl. 7, 25, 8; 9, 19, 2. — *inde vices.*: von da (den ersten Censoren) an; so ist wahrscheinlich nach jüngeren Hdss. statt *undevicesimum* zu lesen, s. Huschke Serv. Tull. 461; Hermes 1, 129; die Capitol. Fasten geben, von dem ersten lustrum an gerechnet, im J. 461 das

3 mum fuit. — Eodem anno coronati primum ob res bello bene
gestas ludos Romanos spectarunt, palmaeque tum primum trans-
4 lato e Graecia more victoribus datae. — Eodem anno ab aedili-
bus curulibus, qui eos ludos fecerunt, damnatis aliquot pecuariis
5 via a Martis silice ad Bovillas perstrata est. — Comitia consula-
ria L. Papirius habuit; creavit consules Q. Fabium Maximi f. Gur-
gitem et D. Iunium Brutum Scaevam; ipse Papirius praetor fa-
6 ctus. — Multis rebus laetus annus vix ad solacium unius mali,
pestilentiae urentis simul urbem atque agros, suffecit; portento-
que iam similis clades erat, et libri aditi, quinam finis aut quod
7 remedium eius mali ab diis daretur. inventum in libris Aescula-
pium ab Epidauro Romam arcessendum. neque eo anno, quia

dreissigste lustrum an; L. hat bis zur ersten Censur 10 lustra, s. 3, 24, 10, und wird also in Uebereinstimmung mit den Fasten jetzt das 20. gezählt und durch *inde* wie 3, 24 den Ausgangspunkt der Rechnung angegeben haben. Wahrscheinlich hatten die Annalisten, denen er folgt, je das zehnte lustrum angemerkt.

3. *ob res b.* etc., gehört zu *coronati*, s. Polyb. 6, 39: *οἱ τυχόντες τῶν τοιούτων* (Kronen u. a.) *δωρεῶν — τάς τε πομπὰς ἐπισήμως πομπεύουσι διὰ τὸ μόνοις ἐξεῖναι περιτίθεσθαι κόσμον τοῖς ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἐπ' ἀνδραγαθίᾳ τετιμημένοις*, s. c. 46, 3; vgl. jedoch 25, 12, 15; Gell. 6 (7), 4, 5; Mommsen 1, 794. — *palmae*, Palmzweige als Siegespreise; es ist wol an die Kämpfer in den circens. Spielen zu denken. Wie dieses, so ist auch wol die Bekränzung durch griechischen Einfluss herbeigeführt worden, der sich jetzt schon in mehrfachen Verhältnissen geltend macht, s. 9, 45, 1; Plin. 34, 6, 26; Nieb. 3, 363.

4. *ludos*, s. 6, 42, 12; 8, 40, 2; vgl. 10, 23, 13. — *pecuariis*, c. 23, 13, vgl. Nitzsch die Gracchen S. 16. — *a Martis*, s. c. 23, 12; 6, 5, 8. — *ad Bovillas*, ist eine Fortsetzung des c. 23 erwähnten Weges, aber keine *semita*, sondern ein gepflasterter (*silice*) Fahrweg. Da die Appische Strasse ebenfalls nach Bovillae führte, so ist wol anzunehmen, dass diese anfangs nicht vollständig gepflastert gewesen sei, s. Becker 1, 512, weniger wahrscheinlich, dass ein zweiter Weg neben derselben sei angelegt worden, Becker, Gallus 1, 71, vgl. Philolog. XVII, 730. Eine neue Herstellung des Weges wird 38, 28, 3 erwähnt.

5. *creavit*, 1, 32, 1. — *Fabium*, c. 31; *Maximi f.*, s. 4, 16, 7: *Cincinnati*. — *Brutum*, c. 43. — *ipse*, er hat sich also selbst renuntiirt, s. c. 15, 10.

6—7. *pestilentiae*, sie dauert schon das dritte Jahr, c. 31, 8; Nieb. 3, 477. — *urentis*, tropisch wie c. 17, 1; 36, 23, 5: *labore urente*. — *portento sim.*, 8, 18, 11. — *Aesculap.*, die sibyll. Bücher ordnen wie in anderen Fällen, 5, 13, 6, die Verehrung eines griechischen Gottes, und zwar, da Apollo schon aufgenommen ist, die eines anderen Heilgottes an, Preller S. 134; Schwegler 1, 803. — *ab Epidaur.*, ob der Name der Stadt, an der Küste von Argolis, in den sibyll. Büchern stand, oder als der Ort, wo Aesculap besonders verehrt wurde, 45, 28, 3, von den

bello occupati consules erant, quicquam de ea re actum, praeterquam quod unum diem Aesculapio supplicatio habita est.

Decemvirn hinzugefügt ist, lässt sich nicht entscheiden. — *bello occ.*, die gewöhnliche Construct. bei L., der selten, wie Cicero, *in* hinzufügt, 34, 6, 15: *in luxuria—occupatae erant*; 41, 3, 7: *in praeda occupati*. Der Krieg erscheint wichtiger als Pest und Göttersprüch, vgl. Periocha XI. —*unum d.*, nur einen Tag, 28, 11, 5: *supplicationem unum diem habere*, c. 21, 6; anders 39, 22, 4. — *supplicatio*, wie c. 23, 1.

TITI LIVI
AB URBE CONDITA LIBRORUM PERIOCHAE.

EX LIB. VI.

Res adversus Vulscos et Aequos et Praenestinos prospere gestas continet. quattuor tribus adiectae: Stellatina Tromentina Sabatina Arniensis. M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum obstrictos aere alieno liberaret, nexos exsolveret, crimine adfectati regni damnatus de saxo deiectus est; in cuius notam senatus consultum factum est, ne cui de Manlia gente Marco nomen esset. C. Licinius et L. Sextius tribuni plebis legem promulgaverunt, ut consules ex plebe fierent, qui ex patribus creabantur; eamque cum magna contentione repugnantibus patribus, cum idem tribuni plebis per quinquennium soli magistratus fuissent, pertulerunt; et primus ex plebe consul L. Sextius creatus est. lata est et altera lex, ne cui plus quingentis iugeribus agri liceret possidere.

EX LIB. VII.

Duo novi magistratus adiecti sunt, praetura et curulis aedilitas. pestilentia civitas laboravit, eamque insignem fecit mors Furi Camilli. cuius remedium et finis cum per novas religiones quaereretur, ludi scaenici tunc primum facti sunt. cum dies L. Manlio dicta esset a M. Pomponio tribuno plebis propter dilectum acerbe actum et T. Manlium filium rus relegatum sine ullo crimine, adulescens ipse, cuius relegatio patri obiciebatur, venit in cubiculum tribuni strictoque gladio coegit eum in verba sua iurare se non perseveraturum in accusatione. tunc omnia pretiosa missa sunt in praealtam voraginem urbis Romanae; in eam Curtius armatus sedens equo praecipitavit, et expleta est. T. Manlius adulescens, qui patrem a tribunicia vexatione vindicaverat, contra Gallum provocantem aliquem ex militibus Romanis in singulare certamen *descendit*, eique occiso torquem aureum detraxit,

quem ipse postea tulit, et ex eo Torquatus est nuncupatus. duae tribus additae, Pomptina et Publilia. Licinius Stolo lege *ab ipso* lata damnatus est, quod plus quingentis iugeribus agri possideret. M. Valerius tribunus militum Gallum, a que provocatus erat, insidente galeae corvo et unguibus rostroque hostem infestante occidit et ex eo Corvini nomen accepit, consulque proximo anno, cum annos XXIII haberet, ob virtutem creatus est. amicitia cum Carthaginiensibus iuncta est. Campani cum a Samnitibus bello urgerentur, auxilio adversus eos a senatu petito, cum id non inpetrarent, urbem et agros populo Romano dediderunt. ob quam causam ea, quae populi Romani facta essent, defendi bello adversus Samnites placuit. cum ab A. Cornelio consule exercitus in locum inicum deductus in magno discrimine esset, P. Deci Muris tribuni militum opera servatus est, qui occupato colle super id iugum, in quo Samnites consederant, occasionem consuli in aequiorem locum evadendi dedit; ipse ab hostibus circumsessus erupit. cum milites Romani, qui Capuae in praesidio relicti erant, de occupanda urbe conspirassent, et detecto consilio metu supplici a populo Romano defecissent. per M. Valerium Corvum dictatorem, qui consilio suo eos a furore revocaverat, patriae restituti sunt. res praeterea contra Hernicos et Gallos et Tiburtes et Privernates et Tarquinienses et Samnites et Vulscos prospere gestas continet.

EX LIB. VIII.

Latini cum Campanis defecere, et missis legatis ad senatum condicionem tulerunt, ut, si pacem habere vellent, alterum ex Latinis consulem facerent; qua legatione perlata praetor eorum Annius de Capitolio ita prolapsus est, ut exanimaretur. T. Manlius consul filium, quod contra edictum eius adversus Latinos pugnaverat, quamvis prospere pugnasset, securi percussit. laborantibus in acie Romanis P. Decius, tunc consul cum Manlio, devovit se pro exercitu et, concitato equo cum in medios hostes se intulisset, interfectus morte sua Romanis victoriam restituit. Latini in deditionem venerunt. T. Manlio in urbem reverso nemo ex iuventute obviam processit. Minucia virgo Vestalis incesti damnata est. Ausonibus victis in oppidum ex eis captum Cales colonia deducta est; item Fregellae colonia deducta est. veneficium conplurium matronarum deprehensum est, ex quibus plurimae statim epotis medicaminibus perierunt. lex de veneficio tunc primum constituta est. Privernatibus, cum rebellassent, victis civitas data est. Neapolitani bello et obsidione victi in deditionem venerunt. Q. Publilio, qui eos obsederat, primo et imperium prolatum est et pro consule triumphus decretus. plebs nexu liberata est propter L. Papiri creditoris libidinem, qui C. Publilio debitori suo stuprum inferre voluerat. cum L. Papirius Cursor dictator reversus in urbem ab exercitu esset propter auspicia repetenda, Q. Fabius magister equitum, occasione bene gerendae rei invitatus, contra edictum eius prospere adversus Samnites pugnavit. ob eam causam cum dictator de magistro equitum supplicium sumpturus videretur, Fabius Romam profugit et, cum parum causa proficeret, populi precibus donatus est. res praeterea contra Samnites prospere gestas continet.

EX LIB. IX.

T. Veturius Sp. Postumius consules apud Furcas Caudinas deducto in locum artum exercitu, cum spes nulla esset evadendi, foedere cum Samnitibus facto et sescentis equitibus Romanis obsidibus datis ita exercitum abduxerunt, ut omnes sub iugum mitterentur: idemque auctore Sp. Postumio consule, qui in senatu suaserat, ut eorum deditione, quorum culpa tam deforme foedus ictum erat, publica fides liberaretur, cum duobus tribunis plebis et omnibus, qui foedus spoponderant, dediti Samnitibus non sunt recepti. nec multo post fusis a Papirio Cursore Samnitibus et sub iugum missis receptisque sescentis equitibus Romanis, qui obsides dati erant, pudor flagitii prioris abolitus est. tribus duae adiectae sunt, Oufentina et Falerna. Suessam et Pontias coloniae deductae sunt. Appius Claudius censor aquam Claudiam perduxit; viam stravit, quae Appia vocata est; libertinorum filios in senatum legit; ideoque, quoniam is ordo indignis inquinatus videbatur, sequentis anni consules in senatu observaverunt, quemadmodum ante proximos censores fuerat. res praeterea contra Apulos *et* Etruscos et Umbros et Marsos et Paelignos et Aequos et Samnites, quibus foedus restitutum est, prospere gestas continet. Cn. Flavius scriba, libertino patre natus, aedilis curulis fuit, per forensem factionem creatus, quae cum comitia et campum turbaret et in his propter nimias vires dominaretur, a Q. Fabio censore in quattuor tribus redacta est, quas urbanas appellavit; eaque res Fabio Maximo nomen dedit. in hoc libro mentionem habet Alexandri, qui temporibus his fuit, et aestimatis populi Romani viribus, quae tunc erant, colligit, si Alexander in Italiam traiecisset, non tam facilem ei victoriam de populo Romano fore, quam de his gentibus, quas ad orientem imperio suo subiecerat.

EX LIB. X.

Coloniae deductae sunt Sora et Alba et Carseoli. Marsi in deditionem accepti sunt. collegium augurum ampliatum est, ut essent novem, cum antea quaterni fuissent. lex de provocatione ad populum a Murena consule tertio tunc lata est. duae tribus adiectae sunt, Aniensis et Teretina. Samnitibus bellum indictum est et adversos eos saepe prospere pugnatum est. cum adversus Etruscos Umbros Samnites Gallos P. Decio et Q. Fabio ducibus pugnaretur et Romanus exercitus in maximo discrimine esset, P. Decius, secutus exemplum patris, devovit se pro exercitu, et morte sua victoriam eius pugnae populo Romano dedit. Papirius Cursor Samnitium exercitum, qui iure iurando obstrictus, quo maiore contantia virtutis pugnaret, in aciem descenderat, fudit. census actus est, lustrum conditum: censa sunt civium capita CCLXXII et CCCXX.

EX LIB. XI.

Cum Fabius Gurges consul male adversus Samnites pugnasset et senatus de removendo eo ab exercitu ageret, Fabius Maximus pater deprecatus hanc fili ignominiam eo maxime senatum movit, quod iturum se filio legatum pollicitus est, idque praestitit. eius consiliis et opera filius consul adiutus caesis Samnitibus triumphavit; C. Pontium imperatorem Samnitium ductum in triumpho securi percussit. cum pestilentia civitas laboraret, missi legati, ut Aesculapi signum Romam ab Epidauro transferrent, anguem, qui se in navem eorum contulerat, in quo ipsum numen esse constabat, deportaverunt; eoque in insulam Tiberis egresso eodem loco aedes Aesculapio constituta est. L. Postumius consularis, quoniam, cum exercitui praeesset, opera militum in agro suo usus erat, damnatus est. pacem petentibus *Samnitibus* foedus quarto renovatum est. Curius Dentatus consul Samnitibus caesis et Sabinis, qui rebellaverant, victis et in deditionem acceptis bis in eodem magistratu triumphavit. coloniae deductae sunt Castrum Sena Hadria. triumviri capitales tunc primum creati sunt. censu acto lustrum conditum est: censa sunt civium capita CCLXXII. plebs propter aes alienum post graves et longas seditiones ad ultimum secessit in Ianiculum, unde a Q. Hortensio dictatore deducta est; isque in ipso magistratu decessit. res praeterea contra Vulsinienses gestas continet, item adversus Lucanos, contra quos auxilium Thurinis ferre placuerat.

EX LIB. XII.

Cum legati Romanorum a Gallis Senonibus interfecti essent, bello ob id Gallis indicto L. Caecilius praetor ab eis cum legionibus caesus est. cum a Tarentinis classis Romana direpta esset, duumviro, qui praeerat classi, occiso, legati ad eos a senatu, ut de his iniuriis quererentur, missi pulsati sunt. ob id bellum eis indictum est. Samnites defecerunt. adversus eos et Lucanos et Brittios et Etruscos aliquot proeliis a conpluribus ducibus bene pugnatum est. Pyrrhus, Epirotarum rex, ut auxilium Tarentinis ferret, in Italiam venit. cum in praesidium Reginorum legio Campana cum praefecto Decio Vibellio missa esset, occisis Reginis Regium occupavit.

EX LIB. XIII.

Valerius Laevinus consul parum prospere adversus Pyrrhum pugnavit, elephantorum maxime inusitata facie territis militibus. post id proelium cum corpora Romanorum, qui in acie ceciderant, Pyrrhus inspiceret, omnia versa in hostem invenit. populabundus usque ad urbem Romanam processit. C. Fabricius missus ad eum a senatu, ut de redimendis captivis ageret, frustra, ut patriam desereret, a rege temptatus est. captivi sine pretio

remissi sunt. Cineas legatus a Pyrrho ad senatum missus petiit, ut conponendae pacis causa rex in urbem reciperetur. de qua re cum ad frequentiorem senatum referri placuisset, Appius Claudius, qui propter valetudinem oculorum iam diu consiliis publicis se abstinuerat, venit in curiam et sententia sua tenuit, ut id Pyrrho negaretur. Cn. Domitius censor primus ex plebe lustrum condidit: censa sunt civium capita CCLXXXVII CCXXII. iterum adversus Pyrrhum dubio eventu pugnatum est. cum Carthaginiensibus quarto foedus renovatum est. cum C. Fabricio consuli is, qui ad eum a Pyrrho transfugerat, polliceretur venenum se regi daturum, cum indicio ad regem remissus est. res praeterea contra Lucanos et Bruttios, Samnites et Etruscos prospere gestas continet.

EX LIB. XIV.

Pyrrhus in Siciliam traiecit. cum inter alia prodigia fulmine deiectum esset in Capitolio Iovis signum, caput eius per haruspices inventum est. Curius Dentatus cum dilectum haberet, eius, qui citatus non responderat, bona primus vendidit; item Pyrrhum ex Sicilia in Italiam reversum vicit et Italia expulit. Fabricius censor P. Cornelium Rufinum consularem senatu movit, quod is X argenti pondo facti haberet. lustro a censoribus condito censa sunt capita civium CCLXXI CCXXXIIII. cum Ptolemaeo Aegypti rege societas iuncta est. Sextilia virgo Vestalis damnata incesti viva defossa est. coloniae deductae sunt Posidonia et Cosa. Carthaginiensium classis auxilio Tarentinis venit, quo facto ab his foedus violatum est. res praeterea contra Lucanos et Bruttios et Samnites feliciter gestas et Pyrrhi regis mortem continet.

EX LIB. XV.

Victis Tarentinis pax et libertas data est. legio Campana. quae Regium occupaverat, obsessa deditione facta securi percussa est. cum legatos Apolloniatium ad senatum missos quidam iuvenes pulsassent, dediti sunt Apolloniatibus. Picentibus victis pax data est. coloniae deductae Ariminum in Piceno, Beneventum in Samnio. tunc primum populus Romanus argento uti coepit. Umbri et Sallentini victi in deditionem accepti sunt. quaestorum numerus ampliatus est, ut essent *octo*.

EX LIB. XVI.

Origo Carthaginiensium et primordia urbis eorum referuntur. contra quos et Hieronem regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendum senatus censuit, cum de ea re inter suadentes, ut id fieret, dissuadentesque contentio fuisset; transgresseisque tunc primum mare exercitibus Romanis adversus Hieronem saepius bene pugnatum. petenti pax data est. lustrum a censoribus conditum: censa sunt civium capita CCCLXXXII CCXXXIIII. Decimus Iunius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris primus edidit. colonia Aesernia deducta est. res praeterea contra Poenos et Vulsinios prospere gestas continet.

EX LIB. XVII.

Cn. Cornelius consul a classe Punica circumventus et per fraudem, velut in conloquium evocatus, captus est. C. Duillius consul adversus classem Poenorum prospere pugnavit, primusque omnium Romanorum ducum navalis victoriae duxit triumphum, ob quam causam ei perpetuus quoque honos habitus est, ut revertenti a cena tibicine canente funale praeferretur. L. Cornelius consul in Sardinia et Corsica contra Sardos et Corsos et Hannonem Poenorum ducem feliciter pugnavit. Atilius Calatinus consul cum in locum a Poenis circumsessum temere exercitum duxisset, M. Calpurni tribuni militum virtute et opera evasit, qui cum CCC militibus eruptione facta hostes in se converterat. Hannibal dux Poenorum victa classe, cui praefuerat, a militibus suis in crucem sublatus est. Atilius Regulus consul victis navali proelio Poenis in Africam traiecit.

EX LIB. XVIII.

Atilius Regulus in Africa serpentem portentosae magnitudinis cum magna clade militum occidit, et cum aliquot proeliis bene adversus Carthaginienses pugnasset, successorque ei a senatu prospere bellum gerenti non mitteretur, id ipsum per litteras ad senatum missas questus est, in quibus inter causas petendi successoris *erat*, quod agellus eius a mercennariis desertus esset. quaerente deinde fortuna, ut magnum utriusque casus exemplum in Regulo proderetur, arcessito a Carthaginiensibus Xanthippo, Lacedaemoniorum duce, victus proelio et captus est. res deinde a ducibus Romanis omnibus terra marique prospere gestas deformaverunt naufragia classium. Tib. Coruncanius primus ex plebe pontifex maximus creatus est. M. Sempronius Sophus *M'*. Valerius Maximus censores cum senatum legerent, XVI senatu moverunt; lustrum condiderunt, quo censa sunt civium capita CCXCVII DCCXCVII. Regulus missus a Carthaginiensibus ad senatum, ut de pace et, si eam non posset impetrare, de commutandis captivis ageret, sed iure iurando adstrictus rediturum se Carthaginem, si commutari captivos non placuisset, utrumque negandi auctor senatui fuit et, cum fide custodita reversus esset, supplicio a Carthaginiensibus de eo sumpto perit.

EX LIB. XVIIII.

Caecilius Metellus rebus adversus Poenos prospere gestis speciosum egit triumphum XIII ducibus hostium et CXX elephantis in eo ductis. Claudius Pulcher consul, contra auspicia profectus, iussit mergi pullos, qui cibari nolebant. infeliciter adversus Carthaginienses classe pugnavit, et revocatus a senatu iussusque dictatorem dicere Claudium Gliciam dixit, sortis ultimae hominem; qui coactus abdicare se magistratu postea ludos praetextatus spectavit. A. Atilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. commutatio captivorum cum Poenis facta est. coloniae

deductae sunt Fregenae *et* in agro Sallentino Brundisium. lustrum a censoribus conditum est: censa sunt civium capita CCXLI CCXII. Claudia, soror P. Claudi, qui contemptis auspiciis male pugnaverat, a ludis revertens cum turba premeretur, dixit „utinam frater meus viveret iterumque classem duceret." ob eam causam multa ei dicta est. duo praetores tunc primum creati sunt. Caecilius Metellus pontifex maximus A. Postumium consulem, quoniam idem et flamen Martialis erat, cum is ad bellum gerendum proficisci vellet, in urbe tenuit nec passus est a sacris recedere. rebus adversus Poenos a pluribus ducibus prospere gestis summam victoriae C. Lutatius consul victa ad Aegates insulas classe Poenorum imposuit. petentibus Carthaginiensibus pax data est. cum templum Vestae arderet, Caecilius Metellus pontifex maximus ex incendio sacra rapuit. duae tribus adiectae sunt, Velina et Quirina.

EX LIB. XX.

Falisci cum rebellassent, sexto die perdomiti in deditionem venerunt. Spoletium colonia deducta est. adversus Ligures tunc primum exercitus promotus est. Sardi et Corsi cum rebellassent, subacti sunt. Tuccia virgo Vestalis incesti damnata est. bellum Illyriis propter unum ex legatis, qui ad eos missi erant, occisum indictum est, subactique in deditionem venerunt. praetorum numerus ampliatus est, ut essent IIII. Galli Transalpini, qui in Italiam inruperant, caesi sunt. eo bello populum Romanum sui Latinique nominis CCC armatorum habuisse dicit. exercitibus Romanis tunc primum trans Padum ductis Galli Insubres aliquot proeliis fusi in deditionem venerunt. M. Claudius Marcellus consul occiso Gallorum Insubrium duce Virdomaro opima spolia retulit. Histri subacti sunt. item Illyrii, cum rebellassent, domiti in deditionem venerunt. lustrum a censoribus *bis* conditum est: primo lustro censa sunt civium capita CCLXX CCXIII** libertini in quattuor tribus redacti sunt, cum antea dispersi per omnes fuissent, Esquilinam Palatinam Suburanam Collinam. *C. Flaminius censor viam Flaminiam* muniit et circum Flaminium exstruxit. coloniae deductae sunt in agro *a* Gallis capto Placentia et Cremona.

VERZEICHNISS DER STELLEN,

AN DENEN CONJECTUREN AUFGENOMMEN SIND.

VI. 1, 6. [*legatus*] Cobet; legatus. 1, 8. [*iterum*] *is* Baumgarten-Crusius; iterum is. 4, 7. *Ser. Sulpicius* Mog.; servilius sulpicius. 5, 5. *moverunt* Madvig; *movent*. 5, 7. *C. Cornelium*, *C. Sergium* Sig.; cn. sergium. ib. *L. Menenium* Sig.; licinium menenium. 6, 8. *honoratorum* A.; honoratum. 8, 7. *fugam impediebat edd. vv.*; fuga impediebatur. 9, 9. *non tam a* Heerwagen; montana oder: non tanta. 10, 1. [*in*] *eo* Gr.; in eo. 11, 1. *Cursore iterum C. Sergio iterum* Glar.; cursore II. 11, 8. *fidem moliri* Sig.; idem moliri. 13, 4. *instare* Fr. 1.; stare. 14, 2. *intuenti* Gr.; intuenda. 18, 1. *Servius Cornelius* Sig.; sergius cornelius. 18, 12. [*et*] *iam* Gr.; etiam. 19, 5. *Q. Publilius* Sig.; q. publius. 20, 8. [*produxit*] Rhen.: produxit. *nominatim*. Madvig; nominatum. 21, 8. *in senatu* Fr. 1.; in senatum. 22, 1. *Papirii* Fr. 1.; papirius. 23, 6. *instruendis* Gr.; instruentem. 24, 7. [*quod*] *tot* Duker; quod tot. 25, 7 *itineri* ed. Mediol. 1505; itineris. 27, 2. *Lucio Menenio* Sig.; licinio menenio. 27, 7. *fine* Ald.; finem. 27, 10. *in praesens* Stroth; praesens. ib. *Gabino* IGr.; sabino. 30, 8. *a Volscis fuit* Fr. 2.; a uulscis fuisset. 30, 9. *Setiam* Sig.; etiam. 31, 4. *debellatum* W.; bellatum. 33, 11. *excipit* W.; Madvig; excipitur. 36, 12. *plebem, potius quam sorte* Gr.; plebem, ni potius quam sortem. 37, 3 *suam ipsa* edd. vv.; suam ipsam. 37, 6. *quid crederent* Douiatius; qui crederent. 37, 8 *post* Ascens.; potest post. 40, 11. *Sextium illum* W.; sextilium od. sextium. 40, 14 *spectabitis* Asc.; exspectabitis. 41, 4. *at enim* Madvig; etenim. 42, 8. *fuga* Gr., fugace od. fugase. 42, 11. *tandem* APeriz.; tamen. 42, 12. [*causa libenter facturos*] *fore* Madvig; causa libenter facturos fore. 42, 13 facturos Rost.; acturos.

VII. 1, 8. *quamvis—tamen* W.; Madvig; quamvi—tam. 3, 8. *ea lege* Gr.; ex lege. 6, 4. *ad deos* edd. vv.; deos. 6, 9. *praecipitaret, et* Duker; praecipitaret. ib. *intercepissent* Madvig; interfecissent. 8, 6. *ab Signinis* Crevier u. Reiz; ab signis. 9, 7. *eum rumpentibus* Fr. 1.; erumpentibus. 12, 5. *anno* T. Faber; bello. 13, 8. *si sicut* Madvig, W.; sicut. 16, 1. *scivit*. [*accepit*] W.; scivit accepit. 17, 6. *Rutilus* edd. vv.; utilius od. rutilius. 18, 1. *post undecimum* Glar.; post novum (novium). 18, 2. *Empulum* Fr. 2.; caepulum. 21, 5. *una animos* Jenicke; unanimos. 22, 3. *Gaium nomen* Sig.; gaium cognomen od. nur cognomen. 22, 9. *reciperaturi* W.; reciperantur. 22, 10. *Manlio Gnaeo* Sig.; Manlio nevio. 23, 6. demitti Sig.; dimitti 24, 6. *expectare* Fr. 1.; spectare. 25, 2. *mercedem* [*consulatum*] Doering; mercedem consulatum. 25, 4. *decertarint* Vascosan.; decertarent. 27, 3. *Torquato* Sig.; torquato II. 29, 1. *temporum* [*spatio*] Gr.; temporum spatio. 30, 11. *fidem* W.; eam. ib. *ante omnes* Büttner, W.; omnes. 30, 18. *quidquid* [*id*] edd. vv.; quidquid id. 30, 22. *iubetis* Madvig; iubeatis. 32, 12. [*modo*] *nec* Glar.; modo nec. 34, 13. *diduci* W.; educi. 35, 6. *ipse* Fr. 1.; ipsi. 37, 2. [*singulis*] *bubus* W.; singulis bubus. 37, 6. *et castrorum* W.; castrorum. 39, 6. *exsectos* Cl. Puteanus;